

Canticum Esaie

In nomine domini

Iesu: Ad laudem sanctissime trinitatis: necno bono-
re beatissime virginis Marie: ac seraphici patris no-
stri Francisci et omnium sanctorum. Incipit expositio Lan-
ticoz que in Psalterio continentur: et pro officio di-
uino cum psalmis decantantur.

De qua domio

Procedente psalmorum expositione bre-
uiter ex sacrorum doctorum dictaminibus
edisseruimus: superest ut pro salubri viri-
litate animarum et saporis quini degu-
statione: de canticis in officio frequentatis quod alius-
mus deo donauerit, persequens describamus. Ad quod
aduertendum quod Canticum secundum Honorium solitarii: est
totius mentis et laus spiritualis que fit deo pro beneficii
gratiarum actione. Hoc etiam est notandum: quod id quod apud
nos canticum: hoc apud hebreos carmen vocatur. Est
autem carmen quod metrica lege pedibus currit. Canticum
vero quod in musica arti aptum prosa deducit. Omnia
quippe sacre scripture cantica sunt apud hebreos me-
trice composita. Ista autem cantica que huius exponemus
sunt accepta et ad diuini officium applicata ex di-
uersis libris sacre scripture: ut patebit in eorum persecu-
tione singillarum in hoc opere. Et sunt a diuersis au-
toribus edita: ut infra unum quodque eorum dicemus.
Et sunt in numero decem: quo preterunt in veteri le-
ge decalogum: et primum denarium in euangelio chris-
ti predicatum. Unde etiam de utroque testamento ac-
cipiuntur: sic quod septem de veteri et tria de nouo testa-
mento sumuntur. Nimirum septem Cantica de veteri te-
sta. accepta: pro septem gradibus spiritualium sunt dispo-
sita. quia primum canticum in quo canitur Iratus es
mibi etc. congruit spiritui timoris. Secundum in quo
cantatur Proiecasti post tergum tuum omnia peccata mea.
congruit spiritui pietatis. Tertium in quo canitur
Deus scientiarum dominus etc. congruit spiritui scientie.
Quartum in quo dicitur: Dexteram tuam domine ma-
gnificata est in fortitudine etc. spiritui fortitudinis.
Quintum in quo canitur Cornua in manibus eius: con-
gruit spiritui consilij: eo quod occulto dei consilio pro cru-
cis cornua opprobriosa homo est redemptus. Sextum
in quo cantatur Utinam sapienter et intelligerent etc. con-
gruit spiritui intellectus. Septimum in quo trinitas ab
omni opere benedicitur congruit spiritui sapientie. Deni-
que tria cantica de nouo testamento accepta preferunt fidem
et laudem sancte trinitatis in dilectione triplici: videlicet
dei: sui: et proximi. Quorum mysteria suo loco persequimur.
Preter hec cantica in canonicis scripturis descri-
pta: ecclesia superaddidit duo decantanda in officio.
et sic duodenarium numerum fidei commendat nobis duo-
decim apostolorum sectandam. Et de his postremo tra-
ctabimus (deio iuuante) in hoc opere. Accedam ergo
ad expositionem.

Confitebor tibi domine

Confitebor tibi domine etc. Hoc canticum edidit Esaias pro-
pheta. Unde titulus eius est: Canticum Es-
saie prophete. Esaias salus domini interpretatur. Dicitur pro-
pheta salutem humano generi per christum venturam in
spiritu prouidit: et humani generis liberationem a capti-
uitate diabolica per liberationem filiorum israel de cap-
tuitate Babylonica prefigurari cognouit. Unde pro
his gratias agens in persona future ecclesie hoc canticum
cum ad laudem christi cecinit sui libri capitulo. In quo in-
rendit nos hortari ad laudandum deum in tribulatione
et gratias agendum pro liberatione et salute facta per christi ba-
ptisma et euangelij fidem. Proinde hoc canticum se-
cunda ad laudes canitur: ideo secundum Honorium: quia
deus feria secunda collocauit celum in medio aquarum.
Secundum. Quod figurat ecclesiam que in medio aquarum
baptismatis et euangelice doctrine fundata extitit a deo: ut in hoc canticum memoratur. Et etiam quod
christus caput ecclesie feria secunda baptizatus est: et sic
aquis eo die tactu sacri corporis sui sanctificauit: de
quibus aquis huius specialis fit mentio. Ita propheta in
persona ecclesie gratias agens in hoc canticum dicit sic
Confitebor tibi domine. In confessione laudis et gratiarum actionis non solum in
prospere: sed etiam in aduersis. Quoniam iratus es
mibi. Id est: propter peccata mea me puniendo in persecutione
inimicorum: sicut et synagoga punita est in captiuitate
Babylonica et alijs pluribus persecutionibus que fiebant
in figura ecclesie ut praeteritum est. Conuersus est furor
tuus. Id est: vindicta tua conuersa est in indulgentiam
peccatorum meorum. Et consolatus es me. Id est: beneficio tue
sanctissime incarnationis et me liberationis. Et ad
litteram sic exponit Lyra. Ideo subdit: Ecce deus
saluator meus. Id est: visibilis apparens in carne assu-
pta. Et ideo [fiducialiter] agam. Id est: bona opera et in
persecutionibus perseuerando. Et non timebo. Id est: recu-
dari a vita beata que per christum fuit aperta. Vel
non timebo quid faciat mihi homo in presenti etc.
Et hoc patet fuisse in primitiua ecclesia: que spe ces-
lestium non timebat persecutiones. Quia fortitudo
domini mea. Id est: dans mihi fortitudinem in aduersis est
ipse deus ut non cedam inimicis pro consensum malum.
Nam huius est predicatio pro causam. Et laus mea domini
minis. hoc est: ipse deus dat mihi laudare eum huius
in tribulationibus gaudere. et postea in eterna vita lau-
dare dabit cum angelis. Nam in ecclesia primitiua susti-
nebat tormenta cum laudibus diuinis gaudentes.
Actus. v. [et factus est mihi in salutem]. Id est: eter-
nam. quod immediate transibant ad vitam celestem: quod
non fiebat scilicet veteris testamenti. Vel factus est mihi in
salutem: quod pro mea salute factus est homo passibilis:
pro quem ego passiones tolerabo pro corona eterne
salutis. Diapsalma. Et hoc quid sit: vide psalmo
xxxij. Naueritis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. hoc est: Vos catholici naueritis. id est: accipietis: aquas. id est: fluentis gra-
dia

riaz spūssancti in aq̄s baptismi donanda. et hoc in gaudio mentis de fontibz saluatoris. de sacramentis noue legis quoz ianua est baptismus. **Uel haurietis aquas. i. dona gratiaz spūssancti que dicuntur aque viue** Joan. viij. in gaudio. s. anime de fontibus. i. de vulneribz saluatoris. qz p̄ eius passiois meritum efficaciam habet baptismus z omnia sacramenta. **Et cum hoc haurietis aquas doctrine euāgelice de fontibz scripture euangelice christi. z dicetis in illa die. i. gratie cum has aquas susceperitis tunc muruo vos exhortam. dicetis [confitemini domino z inuocate nomen eius]** s. est: laudate eum pro beneficijs. et inuocate nomen eius scz deuota oratione et operatione ad dandum futura bñficia glorie. sicut dedit bona gratie. **Notas facite in populis adiuuentioes eius.** id est predicare z promulgare in omnibus gentibz mirabiles modos humane salutis et mādata euāgelica que adiuuenit diuina sapiētia in filij dei incarnatione: passione: resurrectione: et sic de alijs mysterijs. **[mementote quoniā excelsum ē nomen eius]** Phil. ij. **Exaltauit illum: et dedit illi nomen quod est super omne nomē** **Cantate domino quoniā magnifice fecit.** scilicet epalando humanā naturā ad patris dexteram: et magna miracula ostendendo: ac hominē liberando a potestate diabolica **[annūciate hoc in vniuersa terra]** quod impletum est per p̄dicationem discipulorum christi toto orberrarum. **[scilicet corde z lauda]** scilicet ore **[habitatio sion]** id est: ecclesia que vocatur sion: quod interpretatur speculatio. quia speculatur deum h̄ per fides: et in futuro per speciem. **[quia magnus in medio tui sanctus israel]** id est christus sanctificans fidelium populum nomine israel appellatum: eoq̄ imitatur israel per veram fidem. **Hec oia** **z** ra ad litteram.

Ego dixi in dimidio

Hoc canticū est gratiarū actio Ezechie regis Juda de sua sanatione qm̄ egrotauerat: et Esaias ei p̄dixerat ex voluntate dñi di. Dispone domui tue: qz morieris zc. sed cū lachrymis penitendo dominū exorasset: ipm̄ dñs per Esaiā sanauit miraculose. et. xv. annos vite addidit: ac grande signum p̄buit dum solem p̄ decem gradus qbz ascenderat in horologio Abaz retrogradare fecit. Et tunc Ezechias pro gratiarū actioe hoc canticū cecinit: vt habetur Esa. xxxvij. ca. Unde titulus eius est Canticum Ezechie regis. In quo canticō intendit nos admonere vt gratias agamus deo pro humani generis viuificatione z sanatione ab infirmitate z morte culpe per mortem redemptoris. Proinde hoc canticum feria tertia ad laudes canit: p̄pter hoc fm̄ Honorij. quia humanū genus tertia die xl̄ tempore per christum viuificatur. Primum

quippe tempus erat ante legem datam quod est dies legis nature. **Secundum tempus legis date. Tertium tempus vel dies gratie quo reddita est humani generi vita per christum: qui a mortuis tertia die resurrexit in signum huius. Item hoc canticū etiam p̄ mortuis canitur qd̄ z in die sepulture christi. hoc est in sabbato magno ad laudes canit: quia christus mortē destruxit. ad portas inferi descendit z animas eruit. De quibz hoc canticū mentionem facit: Ideoqz p̄ mortuis canitur vt p̄ virtutem mortis christi ac sepulture anis defuncti eruantur de inferno vt nō p̄iret. sed p̄ficiantur post certum omnia peccata eius ac viuens in gloria cōfiteatur dño. sicut verba huius cantici sonant. Unde vox Ezechie regis miseria hominis deplorantis. z pro viuificatione p̄ gratia christi qua de peccatis liberati sumus gr̄as agentis est. **Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.** Sic loquitur Ezechias rex ad litteram. quia tunc erat in. xxxij. anno vite sue quando infirmus fuit z mori debebat. iuxta verbum **Esaię ex ore dñi. platum d. Dispone domui tue. quia morieris. Et hoc tempus. xxxij. annorum est quasi medium vite hominis fm̄ cursum nature. Quia autē Ezechias p̄unc. xxxij. annorum fuerit satis lucide ostendit Zira qd̄ causa breuitatis hic peranso. Unde p̄ hoc qd̄ dicit **Vadam ad portas inferi** fm̄ eundem Zira intelligit quo ad corpus fossa sepulcri quo p̄ mortem descendere debebat. Et quo ad animā intelligit limbus patrum: Ideoqz non dicit. **Vadam ad infernū absolute. s. ad portas inferi. quia limbus ille a sanctis dicitur esse in superiori parte inferni. vt patz p̄ Magistru iij. sententiaz. z sic est quasi porta vel os foue in inferni. Mystice autē notandum qd̄ duo dimidia habet vita humana fm̄ Honorij. Unū est iuuentus quo p̄ dominante passione homo vt in pluribus male viuit. Aliud est senectus quo refrigerante carne z spiritu instigante bene viuit: peccatores in dimidio dierum suorum moriuntur. quia non implent opera virtutum. z ideo ad tartara vadunt. Iusti autē moriuntur in plenitudine dierum. quia damna prioris vite studio melioris actionis recompensant. Et ideo ipsi ad celum vadunt. Sic itaqz Ezechias in persona humani generis recolendo eius miseriam quam incurrit per peccatū dicit. **Ego. scz humanus genus egrotans peccato. Dixi. scz cogitando in corde meo. Vadam ad portas inferi. id est. ad limbū patrum quo ad iustos veteris testamenti qui ante aduentum christi illuc ire omnes habebant. Sed quo ad malos loquendo. dicit. Ad portas inferi. hoc est. ad mortem culpe et nature per quas ducitur homo peccator ad infernum. In dimidio dierum. id est. in praua vita iuuentutis quam p̄sepe multi senes erate non deserunt nec penitent. Et sic licet in senectute eratis moriantur. tamen in dimidio dierum esse dicuntur dum passiones et vicia iuuentutis sequuntur. Nam tales etiā pueri dicuntur.********

Canticum

turta illud **Esaię**, xlv. **Puer** centum annorum morietur. hoc est. qui multū vixit pueriles sequendo passionibus morietur eternaliter. quāto magis tales dicuntur iuvenes in dimidioque annorum etc. **Sequitur** **Quesiui residuum annorum meorum**. i. i. mecum considerabaz quot annos adhuc vivere possem per naturam. **Vel aliter**. Quesiui cum lachrymis rogando vt residuum annorum meorum. hoc est. reliquum dimidium bone vite viverem. quo potas inferi euadere possem. **Dixi**. i. in corde. audivo verbo **Esaię** q̄ deberem mori. **Non videbo dominum deum in terra viventium**. id est. non mereor videre dominum deum p̄pter peccata p̄morum parentum et etiam p̄pter actualia peccata si sine penitentia decessero. **Non videbo** inquit in terra viventium scilicet vita glorie. hoc est. in celo. quia nihil coinquinatū intrabit in regnum celorum **Apocal.** xxi. c. **Sequitur** **Non aspiciam hominem ultra**. i. in presenti vita. **et habitatozem quietis**. id est. angelum in celis vel iustum beatum in paradiso quietis patrie. eo q̄ non sum dignus illuc ire p̄pter peccata. **Vel etiam** hoc dixit **Ezechias**. quia sciebat q̄ christus de semine **David** nasciturus erat. in cuius successionis linea ipse **Ezechias** fuit. sed adhuc p̄tunc p̄lem non habuit. **Timuit** ergo si sine filio moreretur: ne ipse p̄nitus de christi genealogia alienus redderet. **Propter** quod etiam audito q̄ **Esaias** dixisset. morietur etc. fleuit. eo q̄ sine posteris moreret. et timuit mori sicut petiuit et optavit vivere. vt habere posset posteritatem plis p̄ quam christus veniret in mundum. **Ideoq̄** lamentando dicit. **Dixi** in corde meo anxiano cogitando **Non videbo dñm deum etc.** q. d. **Deu** mihi quia non merui videre: nec in p̄pria p̄sona nec in posteritate mea. dominū deum. i. **Jesusum christum** venturum de stirpe **David** in terra viventium. vtz in presenti vita gratie. et in futuro vita glorie. **Non aspiciam hominē** vtz christū deum hominem factum **Ultra**. i. de cetero vel in posterum ex mea posteritate venturum. **Et ipsum**. i. christum habitatozem quietis. hoc est. post labore passionis in celis quiescentem. et in quietis hominibus. i. pacificis habitantē. eo q̄ **Generatio mea ablata est a me**. i. non habeo mihi filium succedentem in regno. **Et conuoluta est a me**. i. ne extendatur ultra. p̄ generationes futuras vsq̄ ad christum (sicut pallium plicatum non extenditur) **Quasi tabernacula pastorū**. i. plicata. **Pastores** enim cum pascua vel locum mutant: tabernacula sua deponunt: inuoluunt: et plicant ad portandum alibi. et sic patet sensus. **Præcisā est velut a repente vita mea: dum adhuc ordire succidit me**. **Nimirū** sicut tela filis orditur. sic series temporum generationibus. **Sic** et vita hominis cuiusq̄ diebus. **Sic** et genealogia christi partibus. **Et** sicut cū adhuc imperfecta est. vel in fieri est. aliquādo scinditur a repente. sic vita hominis pec-

caroris a deo scindit securi mortis dū adhuc esset in medio p̄cessus sui. **De mane vsq̄ ad vespeream finies me**. **Dane** est exordiu vite. **Ue** pa mors vlt terminus vite hominis. **Itē** mane est exordiu mundi. et vespera est finis seculi. in quo spacio finiet deus genus humanū quod sine morte in paradiso fuisset victurum si non peccasset. **Et** sic lamē tatur q̄ per peccatū incidit in necessitatem moriēdi. **Sperabam vsq̄ ad mane**. id est spem posui in deo q̄ pueniam vsq̄ ad mane dici eterni i futuro seculo que dies nō habet vespere. **Et ecce** [q̄] si leo sic contriuit omnia ossa mea] hoc est: mors ipsa consumit omnia ossa mea incinerando. sicut leo deuorat et consumit carnes animalis quas comedit. **Nora** s̄m **Honorii**: **Leonis** natura traditur esse q̄ quando esurit: saltus lustrat: terrā cauda signat et fortiter rugit: ad cuius rugitum bestie pauescunt: quarum nulla sulcum caude ipsius p̄transire presumit. et sic bestias pauidas inuadit ac discerpit ac comedit. **Sic** diabolus tanq̄ leo rugiens gentes circūit querens quem deuoret. qui cauda terram signauit quando vltimum diem hominis considerauit quem nullus preterire poterit. **Et** vt cognouerit hominem per vicia varia inuadit: et omnia eius ossa conterit: dum vires omnes animę et virtutes quibus sustentatur sicut caro ossibus eneruauit. et per peccata contriuit omnia membra etc. **De mane vsq̄ ad vespeream finies me**. **Exponatur** vt supra. quia idem repetitur per figuram epimone: ad maiorem assertionem veritatis. **Sicut pullus hirundinis sic clamabo meditabor vt columba**. **Pullus** hirundinis querula voce clamat pro pastu recipiendo a matre. **Columba** autē gemitum habet pro cantu. **Est** ergo sensus quasi d. de mane. hoc est ab infantia: vsq̄ ad vespeream. id est vsq̄ ad terminū vite finies. et cum hoc semp habeo lugubres miseras et voces querulas pro necessitatibus corporalibus subleuadis in vltu: amictu et hmoi. **Nam** sicut pullus hirundinis in infantia semper flere habeo pro pastu recipiendo a matre. **Tandem** meditabor. i. meditari semp habeo q̄ moriturus sum in gemitibus multis huius miserie multiplicis. et deniq̄ in vespera senectutis vt columba gemitum habeo pro cantu. **Videmus** em̄ q̄ vox senis omnis siue se deponat ad sedendū vel iacendum: siue surgat: est gemitus. **Et** sic tanq̄ columba habet senex gemitus pro cantu. **Et** sic per ista notatur tota vita hominis deduci in miseria. **Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelso**. **Hec** similitudo trahitur ab illo qui ex nimia et diutina attentione oculorum ad celum vlt aliquid in alto positum debilitatur in virtute visiva. vt patet. **Sic** etiam oculi anime qui sunt ratio et discretio: defecerunt inquit in me p̄ nimietate calamitatis et miserie diuturnitate attendēdi. i. celum qd̄ amisi p̄ p̄t̄m et deijci demerui a deo in tot et tantas miseras. vel suspicientes in excelsum expectādo

diuinū auxiliū quod nō merui. **Uerūtamē** post longa tpa miseris deus humano generi subuenit mittendo nobis ch̄m redemptorē. **Unde** et subdit: **Ōne vīm patior**. s. cum ratiōe infirmitatis ad mortem me pducentis. **Tum** quia per diabolū a paradisi gaudijs seductus: omnibz his miserijs et penis necessario sum subiectus: qui s. diabolus ceterando vīm mihi inferit. **Sed tu domine** q̄ redemptor es me **[responde pro me]**. q. d. **Non** possum mortē euadere nec diaboli potestatem nisi tu meuz negociū accipias super te. **Et** ista similitudo accipitur ab homie reo qui pro seipō aliquem aduocatur in defensorē eligit vt iudici respondeat pro eo accusato. **Sic** quippe christus aduocatus et defensor humani generis: iudici. s. deo patri: et accusatori. i. diabolo pro humano genere respondit quando innocentiam suam pro culpa hominis in satisfaciendo per mortē opposuit: et sic mortem et diaboli potestatem cōtriuic **[quid dicam]** scz creatori meo **aut quid respondebit mihi**. s. deo sicut figurus luto. q. d. **Nō** habeo de factis suis contendere vel causari: eoq̄ iuste bec pmerui que patior: ei⁹ iudicio pro peccatis meis **[cum ipse fecerit]**. s. me creando et quicquid me pati disposuerit sicut voluit. q. d. ergo patienter debeo omnia pati et sustinere ab eo tanq̄ a creatore meo iusto iudicio me puniente. **Alij** legunt sic litteram: **Tum ipse fecerim**. **Et** sic sensus est: quid dicam aut quid respondebit mihi. q̄li ego cum eo pro hoc contenderē: et ipse mihi causanti contra eum respōderet. **Tum** ego ipse fecerim scz peccatum per quod iusto ei⁹ iudicio punitiōem demerui: et per consequens patienter debeo sufferre: nec aliud habeo facere nisi peccata mea accusare humiliter coram ipso. et sic in eūdem sensum redit. **Ideoq̄** subditur: **Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee**. hoc est: recognosco per contritionem recogitando. **Tibi**. i. ad tue iusticie cōmendationem et gloriam: vel ppter tuum amorem. **Omnes annos meos**. id ē omnia peccata que omnibus annis tot⁹ vitē mee ab infanzia seu toto tempore egi. **In amaritudine anime mee**. i. in vera penitētia ea accusando. **Dominus si sic viuatur**. s. vt sim constitutus in tali angustia anime vel amaritudine penitentie sicut dixi **[et in talibus vita spūs mei]**. i. tali conditione miseriarū sum generat⁹. quia homo nascit ad laborem sicut avis ad volādum: vt scribit **Job** v. **[corripies me]**. s. infirmitate et morte corporali **[et viuificabis me]** scz vita gratie in p̄senti et tandem vita penis glorie in futuro. q. d. talis corp⁹ repletio infirmitatis et mort⁹ corporalis quam ex cōditione nature pati debeo: nō erit mihi in malum: sed vertetur in bonum per penitēciam de peccatis. quia dabitur mihi gratia et tandem gloria **[ecce in pace]** id est tempore pacis **[amaritudo mea amarissima]** id est amaritudo mortis mihi imminētis: que dicitur amarissima: quia terribilissimū

omniū est mors fm p̄m. q. d. **Ego** Ezechias aitha ritudinem patiebar dum bellis Sennacherib lezgis assyrioz vrgebar et ipugnabar. **Nunc** pace redita et vrbe secunda amarissima amaritudine patior quia iam ad mortem traboz per dei voluntatem. **Pythice** homo est in pace cum penitentiā cū deo est pacatus in hac valle miserie. **Et** ecce in hui⁹ pacis tempore: nibilo minus instat homini amaritudo amarissima per varias infirmitates corporis et mortem imminētē. quia licet homo de peccatis peniteat: et sic cum deo pacem anime habeat: nibilo minus mori debet et multas corporales miseras sustinere habet ex nature p̄ditione mortali. **Sequitur** tandē vox gratulantis et gratias agentis in p̄sona humani generis cum dicit. **Tu autē dñe eruisti animam meam vt nō periret**. q. d. **Ego** quidem pmerui miseras huius vite infirmitates et mortem. **Tu** autē domine eruisti animam meam. s. plangendo vitam mihi ezechie vt nō periret per mortem. **Sic** et tu domine eruisti animam humani generis sanguine tuo de inferni vinculo vt non periret eternaliter **[peccisti post tergum tuū omnia peccata mea]** quasi nolens ea videre amplius ad puniendū **Et** est similitudo a iudice qui hominis rei peccata ante faciem ipsius suspendit. vt videat pro quo punit. sicut patet in his qui ad mediastrum ponunt et in collo eoz signum furti vel bmoī statuitur. **Sed** hoc post tergum p̄ijctur: dum clementer sibi indulget. **Hanc** autem indulgentiam in p̄senti facit deus: **Ideo** inquit: **Quia nō infernus confitebitur tibi: neq̄ mors laudabit te**. hoc est. post mortē in inferno non est locus cōfessionis peccatoz. **Neq̄** mors. i. ad mortem eternam damnari laudabunt te. sed potius blasphemabunt eo q̄ desperati sunt. **Unde** subditur **[non expectabunt qui descendunt in lacum]**. i. in infernum damnatoz **[veritatem tuam]**. i. effectum tue veritatis qua p̄missi stī salutem humani generis per christum. quia nūq̄ educet neq̄ educit illos qui ibi detinebāt. **Sed** **Quiens viuens ipse confitebitur tibi**. **Nota** q̄ ly viuens duplicatur ad significandum dupliciter viuentem. quia viuens in fide christi: et viuens vita gratie in opere: ipse confitebitur tibi. **Nam** non est speciosa laus in ore peccatoris **Ecclesiastici. xv.** **Vel** duplicatur ad significandum duplicem vitam. scilicet nature et gratie. quia viuens in corpore p̄senti vite (eo q̄ ad cōfessionem meritoz lam peccati requiritur vita p̄senti: nec habet locum post mortem vt predictū est) et talis viuens in corpore: et etiā viuens vita gratie (que requirit ad p̄fessionem laudis diuine. quia non placet deo laus peccatoris vt p̄actum est) **Ipse** p̄fitebitur tibi **[sicut et ego hodie]** scz. cōfitebor vtroq̄ mō viuendo tam p̄fessione accusationis peccatoz q̄ cōfessione laudis et gratiarum actionis **[pater filys notā faciet veritatē tuā]** hoc est. **Quicūq̄** fidel

Canticum anne

suīs posteris per singulas generationes notam faciet veritatem tue promissionis celestis: qua promissisti eternam beatitudinem te debite laudantibus in christi fide. **Domine saluum me fac.** Hoc dicit Ezechias rex de se. quia etiam post saluationem indigebat diuino auxilio. Dicit etiam simul in persona fidelium. quia ex deo pendet salus corporis et anime omnium. **Et psalmos nostros cantabimus.** scilicet te laudando corde ore et opere. **[Cunctis diebus vite nostre.]** .i. quod diuini/ quod quotidie statutis horis singulorum dierum. **[In domo domini.]** hoc est. in templo vel ecclesia vbi est locus deputatus orationi. et sic oratio ceteris paribus ibi est magis exaudibilis quam alibi. **Vel in domo domini.** .i. in roca catholica ecclesia fidelium in qua habitat deus. et sic patet.

Exultauit cor meum
Et. **I**stud canticum incituratur canticum Anne. s. matris Samuelis prophete. **Sicut enim** primi libri Regum. ca. i. scribitur. **Quidam** vir nomine Pelcana habuit duas uxores. nomen vni Anna: alteri Fennenna. Fennenna erat fecunda. Anna autem sterilis. que deum exorauit et obtinuit ut pareret Samuelem sacerdotem et principem populi pro quo canticum hoc domino cecinit. **In figura** Pelcana significauit deum. Nam et dei possessio interpretatur secundum Hieronymum. vel dei zelus. Fennenna autem quod interpretatur conuersa significauit synagogam que a principio hominibus mundi idolatrantibus ad dei veri cultum se conuertit. **Et** hec synagoga dei sponsa: erat fecunda in carnali populo iudeorum multos habens filios veteris testamenti. Altera sponsa dei. scilicet ecclesia significabatur per Annam quod interpretatur gratia. eo quod ecclesia gratia christi maxima est saluata. per quam diuino dono fecundata peperit Samuelem: quod interpretatur audiens deum. hoc est christi anum populum fidei verbum diuinum audientes et obediens. **Pro quo populo** dato Anna. scilicet ecclesia cantat christo canticum gratiarum actionis et eterne iubilationis. **Unde** si queratur **Cur** istud canticum postpositum sit precedentibus duobus canticis. scilicet Esaię et Ezechie. **Cum** ista Anna diu ante Esaiam et Ezechiam fuerit. et hoc carmen cecinerit. **Rūderetur** secundum Honorium. quod ideo. quia hic vicijs in libro psalmorum non seruatur ordo gestorum et eius temporum: sed ordo mysteriorum. **Primum** autem canticum scilicet Esaię de aggregatione et vocatione ecclesie per christum. **Secundum** vero de sanatione vel viuificatione ecclesie per gratiam mortis christi. **Tertium** videlicet hoc de quo nunc agimus loquitur de ecclesie fecunditate quod est posterius sequens ad predicta. ergo congruenter postponitur. **Sed** quare hoc canticum feria quarta ad laudes

canitur. **Rūderetur** secundum eundem Honorium quod idcirco: quia contra etate mundi floruit Anna que hoc carmen domino cecinit. **Nam** prima etas mundi fuit ab Adā usque ad Noe. **Secunda** a Noe usque ad Abrahā. **Tertia** ab Abrahā usque ad Moysen. **Quarta** a Moysen usque ad Dauid. **In** qua etate post Moysen et ante Dauid regē: Anna floruit: et hoc canticum cecinit. **In** quo canticum intendit scriptura ostendere filios ecclesie christianos esse filios os libere: non ancille: qui libertate christi nos liberauit: ut ait apostolus Gal. iij. **Ideo** ostendit eos consequenter per bona opera heredes regni celestis futuros. **Itaque** vox Anne in persona ecclesie de sua fecunditate gratias agentis est et dicentis. **Exultauit cor meum in domino.** Non in aliqua creatura: sed in domino: per quem multos filios spirituales ego ecclesia incipio generare in fide que diu sterilis mansi in infidelitate. **Est** autem exultatio quando gaudium internū resultat in signis exterioribus. et dicitur quod si extra saltatio. **Et exaltatum est cornu meum in deo meo.** **Cornu** in scriptura sacra: ut dicitur Lev. accipitur pro motu cordis tendentis in aliquid arduum. et si talis motus cordis careat regula rationis et legis diuine: dicitur cornu superbie. **Si** autem dicitur regulis mensuretur: dicitur cornu magnanimitatis vel magnificentie. quod est: quando animus ex beneficio a deo collato in presenti per spem redit ad maius beneficium ex dei liberalitate consequendum. **Sic** autem mouebatur Anna in augmentum gratie consequendum a deo in vita presenti: et complementum glorie in futuro. **Et** sic dicit ipsa: **Exaltatum est cornu meum in deo meo.** **In** figura autem ecclesie loquitur sic: ad significandum quod cornu magnificentie regni christianorum vbiq; in christo sublimiter exaltatur. **Dilatatum est os meum super inimicos meos.** hoc est: os meum apertum est ad deum magnifice laudandum de beneficio fecunditatis prestitite. **Super inimicos meos.** hoc ad litteram accipitur de Fennenna et liberis eius qui Annam exprobrabant antea de sterilitate: et postea torquebant ex inuidia de fecunditate eius. **Mystice** accipitur de synagoga iudeorum quam figurauit Fennenna: ut predictum est. **Super quos dilatatus est os ecclesie christiane** ad laudandum deum in fidelium multitudinem ac iudeorum incredulorum confusione per predicatores et doctores conuincentes iudeos. **[quia letata sum in salutari tuo.]** .i. in christo saluatore a te deo misso: siue in saluatione tua o christe. **Non est sanctus ut est dominus.** neque enim est alius extra te et non est fortis sicut deus noster. quia ipse est sanctus et fortis per essentiam. alij autem per participationem. neque est possibile ut sit alius deus distinctus per essentiam: sicut est deus verus et vnus. **Consequenter** Anna inuehit contra ingratiā supbia Fennenne: et sic synagoge dei. **Nolite multiplicare loqui sublimita glorianes.** Nam secundum historiam Fennenna de proli fecunditate abundanti a deo sibi data superbierat: et Annam de sterilitate exprobra-

bat: vt patet. j. Reg. j. cum tamē de huiusmodi do-
no fecunditatis deberet esse deo gratior. Ideo con-
tra eam et liberos eius exprobrantes dicit **Nolite mul-**
tiplicare loqui sublimia. i. supbia et aliorum contem-
ptiua: gloriantes. s. inaniter vos contra me exaltan-
do et iactando. Sic mystice synagoga contra ec-
clesiam supbens: his verbis increpat. q. di. **D**iu-
dei: nolite ampli⁹ supbe loqui neq; gloriari aduer-
sum me. s. ecclesiam. quia ego per christū facta suz
regina fecundissima in christianorum per orbem totū
multiplicatione. Tu autem iusto dei iudicio dereli-
cta et imminuta. **Recedant vetera de ore ve-**
stro id est mala verba et obloquia iueterata ex cō-
suetudine. **Uel vetera.** i. ceremonie veteris testamē-
ti recedant cessando **[quia deus scientiarum do-**
minus est: et ipsi preparantur cogitatio-
nes] hoc est: deus est dator scientiarum simplicibus et
illiteratis in no. testa. **Insup ipsi tanq; iudici oim**
cogitationes cordiū preparant. s. ad iudicandum in
futuro iudicio: quando manifesta erunt abscondi-
ta cordis. **Arcus fortium supatus est.** **U**tere-
raliter arcū fortium linguā vocat fennēne et puerorū
eius et qua procedebant verba pungitiua quasi sa-
gitte. **Figuraliter autem arcus fortium est dolus p̄-**
ncipum iudeorum. quia sicut arcus sagittas mittit
sepe improuise: sic iudei in occulto dolū cōtra chri-
stum moliebantur. **Uel aliter: Arcus fortium syna-**
goge. hoc est: scientia et intellectus scribarū est cōtri-
tus per sp̄m sanctum toto orbe in discipulis chri-
sti loquentem etc. **[et infirmi accincti sunt ro-**
boze] quia sicut in Anna et similibus natura q̄ erat
infirmā et impotens ad plificandum: roborata est
ad hoc ex dono dei. Ita spiritualiter infirmi discipu-
li et simplices accepto dono sp̄itus sancti sūt robo-
rati in fide et charitate ac scientia. **Repleti pri-**
us pro panibus se locauerūt et famelici sa-
turati sunt. **H**ec similitudo accipit de his qui
prius sūt repleti. i. satiati cibo: qui postea si incur-
runt famem vel defectum cibi plus cruciantur. **Et**
pro panibus. i. pro victu quotidiano adquirēdo se-
ip̄os locant ad faciēda seruitia. et sic fuit de fēnē-
na quodāmodo: quia prius fuit liber⁹ plena: postea
vacua: quia mortui sunt. p̄pter quod ipsa plus cru-
ciabatur in corde. **Sed famelici antea** (sicut fuit An-
na prius sterilis et famelica. i. desiderans plēn ha-
bere) saturati sunt inquit. quia postea habuit plēn
ad sufficientiam. **Ideo subditur ad exprimendum**
hanc sufficientiā **[donec sterilis peperit pluri-**
mos] **In hebreo habet: Donec sterilis peperit se-**
prem. **Sed contra hoc videtur esse quod postea eo-**
dem ca. j. p̄mi libri Regū dicit: q̄ Anna peperit tres
filios et duas filias. **Ideo q; dicunt hebrei aliqui vt**
refert Lyra: q̄ duo filij Samuelis h̄ computan-
tur inter liberos Anne. quia de ipsa exierunt me-
diantē Samuele. et sic dicitur peperisse septem. **Et**
sic soluit etiam Honorius hanc contrarietatem.
lic; Lyra preter hoc aliam opinionem hebreorum

narrat quā quia non approbat p̄transo causa bre-
uitatis. **Sequitur [et que multos habebat fi-**
lios infirmata est.] quia sicut q̄ cōmuniter di-
cunt expositores hebrei et catholici. **Sicut Anna**
multiplicabat in prole. ita Fennēna diminuebatur
quia nato filio Anne: filius Fennēne vnus vel etia-
m duo statim moriebantur vsq; dum in hunc mo-
dum omnes mortui sunt filij Fennēne. **Ideo di-**
citur. p̄ que multos habebat filios. scz Fennēna
infirmata est. s. p̄re dolore morientium filiorum.
Mystice sicut Lyra repleti prius. i. iudei qui
prius erant repleti et saturati doctrina legis et p̄be-
tarum. **Nam sacerdotes et scribe iudeorū pleni erāt**
scientia ipsius legis et p̄phaz. **Et ipsi postea ita euas-**
cuati sunt vero intellectu scripturarū de christo et
bonis spiritualibus sicut illi qui pro victu quotidia-
no semetip̄os locant: indigent bonis temporalibus.
Et famelici saturati sunt. i. apostoli et discipu-
li christi prius illiterati: per sp̄itū sanctū scientia
dei et omnium linguarum sunt repleti. donec steriles
et gentilitas que prius erat sterilis a bonis operibus
et a fidei veritate. peperit plurimos. s. filios eccle-
sie per apostolorū et predicatorum ecclesie p̄dicatio-
nem et fructificationem. **Et que multos habebat fi-**
lios id est. synagoga iudeorum: infirmata est p̄ in-
fidelitatem etc. **Deniq; non vacat a mysterio q̄ in**
hebreo dicitur. donec sterilis peperit septem. **Nam**
sicut Honorius tres filij Anne. i. ecclesie. vt p̄dix-
itum est. significat tres status filiorum ecclesie scz
virgines: viduas et conjugatos. **Due filie ei⁹ sunt**
due vitē. scilicet actiua et cōtemplatiua. **Porro duo**
filij Samuelis. i. audientis deum in obedientia
consiliorum perfectionis euangelice: sunt marty-
res et religiosi qui perfectius imitantur christum.
Et ipsi filij Fennēne. hoc est. synagoge in perfidia
moriantur: dum filij ecclesie in fide per baptismū
nati multiplicantur. et sic synagoga infirmatur.
Dominus mortificat et viuificat deducit ad
inferos et reducit.] **Uteraliter domi-**
nus mortificat filios Fennēne et viuificat filios
Anne **Deducit ad inferos. i. ad sepulcrum sicut cor-**
pus et ad limbum vel infernum sicut animam iuxta
demerita vniuscuiusq;. **Nam ante christi aduen-**
tum descendebant iusti ad limbum. et sic ad infer-
ros. et sic de alijs. hoc dictum verificatur scilicet ad
infernum descendētib;. **Et reducit aliquos mis-**
ericordiose resuscitando. vt patet de Lazaro et alijs
multis. **Mystice dominus mortificat pecca-**
tores per penitentie afflictionem. et viuificat eos
per gratie infusionē. **Deducit ad inferos id est. de-**
duci permittit ad inferna. scilicet iudeos obstinas
ros. et reducit reuocando ab idolatria gentiles tan-
q; ab inferno eo q̄ digni erant inferni pena. **Et sic**
dicuntur reduci ab inferno sicut mortui damnati
cum liberantur a morte dicuntur reduci ad vi-
tam. **Dominus pauperem facit et ditat:**
humiliat et subleuat.] **Uteraliter dicit hoc.**

Canticum

quia videmus q̄ deus de diuitijs z honoribz frequenter deicit aliquos propter eoz supbiam. z alios quos pauperes dicit ac abiectos subleuat propter humilitates. Et sic factum esse in ipsa Anna p̄ hoc innuitur. z ad idem subditur statim. **Suscitās de puluere egenum z de stercore erigens pauperem.** **Ut sedeat cum principibz et solium glorie teneat.** pater littera de synagoga tanq̄ femina deiecta a deo. z de ecclesia tanq̄ Anna sublimata ad gratiam z virtutes ac celestes gloriam. cum principibz. i. cum angelis dei possidendam. qui dicuntur principes populorum. vt patet Daniel. x. **Spiritualiter etiam dominus pauperem facit in ecclesia iustos in temporalibz. et dicit in spiritualibus. humiliat in presenti z subleuat in futuro.** Deniq̄ suscitāt de puluere in resurrectione futura. z de stercore scilicet peccatorum multorum erigit ad virtutes in presenti pauperem. i. miserum peccatorem. z tandem ad gloriā vt sedeat p̄peruo cū principibz. i. angelis regnando. vt patuit. **Domini enim sunt cardines terre: et posuit sup̄ eos orbem.** Cardines terre sunt quatuor plage mundi que sunt a deo facti. z p̄ fidem a christo possessi. Ideoq̄ ipsius dñi scilicet christi sunt cardines terre. Et posuit super eos orbem. quia dilatauit in eis ecclesiam p̄ circuitum orbis in fide z virtutibus vt a solis ortu vsq̄ ad occasum laudēt deum. **Pedes sanctorum suorum seruabit.** hoc est. affectus z opera sanctorum preget ne corruant in foueas mortalis peccati. z inde in gehennā: z sic conseruabit dirigendo eos in via iusticie. **Et impij in tenebris conticescent.** i. obmutescent in tenebris culpe gehenne. quia non poterūt se excusare de suis peccatis. **Quia non in fortitudine sua roborabitur vir.** hoc est. p̄ fortitudinem vel potentiam suam propriam nullus poterit se roborare sic vt euadere possit manus dei cui nullus potest resistere. **Dominum formidabūt aduersarij eius.** hoc est. demones z omnes impij ac peccatores perterriti in iudicio finali. **Et super ipsos in celis tonabit.** i. dando terribilem sententiam di. **Ite maledicti in ignem eternum.** Matth. xxv. **Quia Dominus iudicabit fines terre.** id est. homines de omnibus finibus terre. **z dabit imperium regi suo.** i. christo. quia tunc omnia p̄fecte subiciuntur ei. etiam in quantum homo est. Ideo subditur. **z sublimabit cornu christi sui.** i. potestatem vel regnum vncti sui. Christus em̄ idem est qd̄ vnctus. quia fuit fm̄ humanitatem vnctus plenitudine gratie. cuius regnum est ecclesia. que tunc exaltabitur in gloriam eternam. **Sed quō regnum vel potestas christi dicatur sublimari.** Notandum est fm̄ Tyram q̄ in christo est duplex natura scilicet. diuina z humana. Et fm̄ diuinam naturā omnia sunt ei subiecta. nec potestas ei dep̄imi potest. aut sublimari. cum sit infinita. **Sed fm̄ humanam natu-**

turam sublimata est potestas christi z adhuc sublimabit. **z em̄ ab instanti sancte vnionis nature diuine z humane in supposito ubi oia plene subiecta fuerint humanitati ch̄i auctoritative: vt pote vnite deo: non tamen executive.** Nam an̄ resurrectionem natura humana in ch̄o fuit passibilis z subiecta penalaribus ad complēdū mysteriū nostre redēptionis. **Et sic tunc nō fuerunt ei omnia subiecta executive.** **Sed qm̄ resurrexit ad vitam imortale: natura illa humana fuit plene gloriosa in ania z corpe. et p̄ consequens potestas eius tunc fuit sublimata. p̄ qd̄ tunc dixit apostolis.** **Mat. vl. Data est mihi omnis potestas in celo z in terra.** Et adhuc magis sublimabitur in futuro iudicio quando sententia eius quā proferet in natura humana perfecte implebitur in omnibus tam damnatis quo ad eternam penā: q̄ electis quo ad eternam gloriam. **Et fm̄ hoc dicit q̄ sublimabit. s. in futuro iudicio: cornu christi sui. id est potestatem dñi Jesu ch̄i.** Et sic patet expositio huius canticum totius.

Antemus domino

Antemus domino **z. Istud canticum intitulat Canticū moysi.** Et est gratiarum actio pro di beneficio collato in egyptiorum summersione et populi israel liberatione ac victoriosa exaltatione: vt scribitur **Exo. xv.** **Moyes quod interpretatur de aq̄ sumptus: significat populum christianū de aqua baptismatis ad regnum dei sumptum. qui canticū gratiarum actionis debet canere deo pro summersione demonum in abyssum profunditatis infernalis ac iustorum z fidelium liberatione facta per christū atq̄ exaltatione victoriosa in celeste regnum.** Demones em̄ figurantur per egyptios. quia sicut egyptij populum israel opprimebant seruitijs luti z laterum: sic ipsi demones multos christianorum opprimunt seruitijs peccatorum: z totum genus humanum opprimebant. sed per christum cōtrita potestate demonū in aq̄s baptismatis populus christianus est liberatus. pro qua liberatione hoc canticum cum gratias agit. et intendit nos hortari ad laudandum ch̄m dñm p̄ liberationis hmoi bñficio z exaltationis victoriose in celeste regnum. **Sed quare hoc canticū feria quinta cātatur?** Respondet Honorius q̄ ideo: quia sicut feria quinta creauit deus pisces z aues. et pisces in aquis summersit. aues in aere subleuauit. Ita in hoc canticum referuntur mali fluctibus penarum immerfi. Iusti autem in celū subleuati per christum liberantem eos de periculis z profundo abyssi maris infernalis. Itaq̄ sicut Moyes cum populo hebreo cecinerunt hoc canticum olim in figura populi per christum liberandi. Sic iam christianus populus hoc canticum canit di. **Antemus domino.** Per hoc designat q̄ inuicē se inuitabant ad dei laudem pro tali beneficio liberationis. q̄ dicant: nos redempti a seruitute

pharaonis cantemus dño canticū. et multo magis vos fideles redempti a diabolo cantare debetis. **[Gloriose em̄ magnificat⁹ est]** qz gloria magnitudinis sue longe lateqz diffusa est ex hoc qz gloriosam victoriā fecit sup pharaonē. qua figurauit qz gloriosa morte z resurrectione vinceret diabolu. **[Equū et ascensorem piecit in mare]** quia equi pharaonis z seruoꝝ suoꝝ simul cum equitanti bus hominibz z curribz summersi sunt in mari. **[Mystice autē p equum qui est animal supbissimū significat supbia. z per ascensoꝝ significatur diabolus qui p superbiam voluit ascendere in celum ad equalitatē dei. Et sic sensus est. qz superbiam et diabolū ascensorem eius damnavit in abyssum infernalis amaritudinis tanqz in mari amarissimo sumergendo zc. Ego autē ecclesia christiana in humilitate consistens non cadam in mare hmoi. quia Fortitudo mea et laus mea dominus]** Hoc fm glosam interlinearem intelligit effectiue. q. d. quia dominus dedit mihi fortitudinem p quā vincam aduersa mundi. z infidias diaboli. Ideo z laudabilem me fecit domin⁹ p hoc. **[Uel fm Lyram. laus mea dominus: mater aliter accipit. quia ex eius facto tām mirabili habuerunt materiaz laudis seu laudandi deum. Et merito. quia Et factus est mihi in salutem.]** s. saluando populum israel de manu egyptioꝝ. z potissime. quia factus est in salutem assumendo pro nobis carnem z subeundo mortē ac sic dando nobis eternā salutem. **[Iste deus meus]** Demostratio ista est ad intellectum accepta. tñ ex effectu visibili. Ex hoc em̄ qz videbant factum soli diuine virtuti possibile intelligebant dei pñtiam adesse. z sic dicebant. **[Iste deus meus. s. qui fecit hec. z non alius]** **[z glorificabo eum.]** i. gloriosum pdicabo ex corde vero voce z ope **[deus patris mei.]** s. Abrae qui est pater omnium credentium. in cuius semine. i. in christo benedicte sunt omnes gentes. **[z exaltabo eum.]** i. confitebor eum exaltatum ad dexteraz dei patris. **[Dominus quasi vir pugnator.]** i. fortis pugnator cui⁹ fortitudo incomparabiliter excedit omnem fortitudinem creatam. ideo subditur **[omnipotens nomē eius]** quod interponit per parentelam. q. d. solus ipse qz omnia potest facere. fecit hoc qd sequit **[currus pharaonis z exercitū eius deiecit in mare.]** scilicet eos fulminibz feriendo z rotas currūz subuertendo. **[Et Nota fm Honorium solita. qz pharao non est proprium nomen hominis. sed est nomen honoris Sicut em̄ rhomani reges ab Augusto dicuntur augusti vel a cesare Julio cesares. Ita egyptij reges a primo rege eorum pharaone dicti sunt pharaones. Qui autem in mari summersus fuit: vocabatur p̄rio nomine Lencres. Pharao autem interpretatur denegans vel dissipans vt etiam patet per Hieronymum. Ideoqz significat diabolū qui denegat deum z dissipat virtutē**

tes in homine. **[Cum quo christus dominus q̄si vir pugnator pugnauit in cruce z vicit. Et huius pharaonis. i. diaboli currus sunt vicioꝝ incitamenta: qbus cursicat per mōm. Exercitus sunt tyranni et omnes ini qui: quos christus victor deiecit in mare: dum damnauit in amaritudinē penarū infernalium zc. Electi principes eius summersi sunt in mari rubro: abyssi.]** i. aque p̄funde que ex dei precepto reuerse sunt sup egyptioꝝ. **[Ipse operuerunt eos.]** Et mystice electi principes demonum sunt qui capitalibus vicijs pñcipantur tentando. Et hi summersi sunt in mari rubro. id est in baptisate christi sanguine rubricato. quia baptisimus habet efficaciam ex sanguine christi. In quo baptisate demonū potestas est summersa ac contrita. **[Abyssi quoqz infernales operuerunt eos.]** Uel aliter: **[Electi principes demonis sunt tyranni: persecutores ecclesie et fidelium: qui demersi sunt in infernum tanqz in mare rubrum. quia pro sanguine fidelium effuso eternaliter cruciantur. Et quia nō erant lapides viui: sed in malicia indurati.]** Ideo sequitur **[descenderunt in profundum quasi lapis]** quasi dicat: **[Sicut lapis ex sua grauitate habet subito descendere in profundum aque quando ponitur in aquam: Sic demones et omnes persecutores fidelium subito descendunt in mortē in profundum inferni quasi lapis igne comburendus et in calcem conuertendus ardētem.]** **[Dextera tua domine magnificata est in fortitudine.]** id est: operatio tua magnifica claruit in forti potestate deitatis: qua scilicet potestate **[Dextera tua domine percussit.]** scilicet summergens do z sic occidendo **[inimicum.]** id est pharaonem caput exercitus persecutorum israel. **[Et in multitudine glorie tue.]** id est: clarificare potestatis tue. Nam gloria est clara noticia cum laude. et dicitur gloria quasi clara: e mitata in g. z a in o. **[Et sic est sensus: qz in potentia tua multa clare ostēsa in effectum.]** **[deposuisti aduersarios meos.]** id est: egyptios Pharaonem sequentes deposuisti de vita in mortem: et de gloria mundana in ignominiam et penam gehenne. **[Mystice: Dextera dei patris: est christus in dextera patris confidens: per quem deus operatur omnia: sicut homo per dexteram solet operari. Hec dextera tua domine. id est christus tuus filius: magna fecit. et magnificata est in fortitudine: quando in cruce mortem contriuit et diaboli potestatem percussit: ac in multitudine glorie resurrectionis sue deposuit aduersarios videlicet demones et persecutores fidelium. s. iudeos z tyrannos de dominio: ne videlicet vincere possent in fidei cōstantia fideles.]** **[Missi fram tuam.]** i. vindictas **[que deuorauit eos sicut stipulam.]** id est ita faciliter sicut ignis stipulam deuorat **[in spiritu furoris tui congregate sunt aque.]** scilicet ad summergendos egyptios: et per occasionem deducendos in penas

Canticum

infernales **S**icut ad torquendos demones eterna-
liter congregare sunt aq̄ tribulationum infernalium.
Stetit unda fluens .i. aqua de natura sua flu-
ida stetit p̄tra naturā suā erecta in modum muri a
dexteris et a sinistris filioꝝ israel transeuntiu[m] **con-**
gregate sūt abyssi in medio mari . Per h̄ em̄
q̄ retraxerūt se aque vt p̄berent mediū iter: eleuate
sunt aque in altum in medio mari. quia ex tali con-
gregatione non exierunt ripas maris. **Mystice:**
Unda fluens est vita mortalis: que tūc stetit q̄n̄ in
morte impioꝝ cessauit a fluxu suo et a nocumēto il-
lato iustis. **Abyssi** sunt corda prauis cogitationibꝝ
p̄funda: que congregare sūt in medio mari. i. in me-
dium amaritudinis infernalis. **Dixit inimicus**
scz̄ in corde et ore. hoc est: **Pharaon** p̄sequar .i. po-
pulum israel **et cōprehendā: diuidā spolia**
scz̄ cū rediero victor etc. **Implebitur aia mea**
id est voluntas mea. **Euaginabo gladiū meū**
interficiet eos manus mea .i. p̄as exer-
citus mei. **Hec** q̄ppe cogitabat et dicebat **Pharaon**.
Sic cogitant et p̄ponūt etiam demones p̄seq̄ et cape-
anias in tentatione: et diuidere spolia rapta. i. vtu-
osa et bona opa hoim̄ fidelium. **Euaginare gladiū**
p̄secutoꝝ p̄tra fideles et interficere anias per pecca-
ta mortalia. **Sic** etiā multi tyranni p̄ fideles christi
cogitabant. **Sed** vulgarit̄ d̄ q̄ multū remanet de
cogitatioe fatui. **Ideo** sequit̄ **Flauit spūs eius**
et operuit eos mare .i. q̄ sicut ad flatū venti aq̄
mouent̄: ita ad nutū dei mare reuersum est ad ope-
riendum egyptios etc. **Sūmersi sunt quasi plū-**
bū in aq̄s vehementibꝝ . Per grauitatē plū-
bi designatur: q̄ erat peccat̄ valde grauari et sum-
mersione gebēne digni. **Mystice** **Flauit spūs** san-
ctus q̄ fideles christi saluauit et operuit mort̄ eter-
ne sententia damnando incredulos. et sūmersi sunt
q̄si plūbū in gebenna. p̄pter grauitatē pctōꝝ adurē-
di p̄peruo: ad illud subito descendē q̄si plūbuz in
aq̄s vehementibꝝ. **Iuxta** illud **Job. xxi.** **Ducunt** in
bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt
Sequit̄ exclamatio fidelū p̄ admiratioe **Quis**
similis tui in fortibꝝ dñe .i. hoc est: in oibꝝ regi-
bus: p̄ncipibꝝ ac etiā angelis: q̄ sunt fortissimi in po-
testate. **q̄s similis tui:** .i. q. d. **Nullus** tibi p̄t eē
similis. q̄ tu es infinite p̄ar̄. **Dis** autē creatura si-
nīte est fructis. sed finiti ad infinituz. p̄ortio nulla.
viij. phycōꝝ. q̄ nullus q̄ntūcūq̄ fort̄ assimilabit̄ t̄i:
bi: q̄ es **magnific⁹ in sc̄titate** .i. magna faci-
ens in sc̄ris vel in sc̄tificādo hoies. q̄ tua opera non
possunt esse nisi sancta: iusta: et bona **terribilis**
scz̄ in iudicando et puniendo malos **atq̄ lauda-**
bilis .i. in omnibꝝ beneficijs tribuendis iust̄ **et**
faciens mirabilia .i. tam in reproboꝝ p̄ditioe:
q̄ in bonoꝝ saluatioe. **Extendisti manum tu-**
am .i. opationem iusticie ad vindicandū: que cū
cessat punire videtur cōtracta. cum punit: videtur
sequent̄ p̄pheta ponit̄ sextū b̄ficiū. s̄c̄. p̄ssime libe-
rationis de seruitute egyptiace captiuitatis d̄i.
Sicut aquila prouocans ad volandū pul-
los suos: z super eos volitans. Expandit
alas suas z assumpsit eum: atq̄ portauit
in humeris suis. Dominus solus dux ei⁹
fuit: z non erat cum eo deus alienus.] Re-
ferē q̄ aquila sup̄volitans. puocat pullos suos ad
volandū/ sic deus p̄ multa signa z miracula facta
xtute sup̄na prouocauit iudeos ad egredīendum
ex egypto z liberauit eos.] Expandit alas suas.] b̄
miscōiam z iusticiam/ que dicunt̄ ale dei: q̄ sicut
quis viam volandi p̄ aera facit sibi mediantibus
alis: sic vniuersē vie domini misericōrdia et iusti-
cia: vt supra dictū est. Nam misericōrdiam expan-
dit in hebreoz pia liberatione: Et iusticiam expan-
dit siml̄ in egyptioz punitione: z sic assumpsit po-
pulum suū atq̄ portauit in humeris suis. Ut em̄
narrat̄ Tyra: quando aquila vult trāsserre pullos
suos de loco ad locum portat̄ eos super humeros
suos: q̄ non timet a parte superiori: sed tm̄modo
a parte inferiori ne emittant̄ sagitte ad p̄cutiendū
eos. Ideo ponit̄ pullos super humeros vt ip̄amet
p̄mo recipiat sagittas q̄ pulli percutiant̄. Sic an-
gelus personam dei representās posuit se inter cas-
tra filioz israel z egyptioz super mare rubrum.
Exod. xij. Ne sagitte z spicula egyptioz: um lede-
rent israelē.] Dominus solus dux.] sc̄z principa-
lis fuit. Angel⁹ autem in persona domini fuit dux
minus principalis tanq̄q̄ minister iuxta dei volun-
tatem faciens omnia. Et non fuit cum eo de⁹ alie-
nus sc̄z adiuuans eū ido: q̄ nullus alienus de⁹ de-
bet a vobis: vicz iudeis adorari vel p̄ hoc vene-
rari. Mystice christus dominus sicut aquila
nos christianos tanq̄q̄ pullos suos: sc̄z ab ip̄o p̄o-
genitos in baptismo prouocat super nos volitās.
hoc est exemplo sanctitatis/ z vite euangelice / ac
doctrina/ z miraculis superna virtute fact⁹: z dies-
tim per suos sanctos faciendis ad volandum de
seruitute vicioz ad penitentiam/ z ad proficien-
dum de virtute in virtutem.] Expandit alas su-
as.] id est duo brachia in cruce. [Et assumpsit.] in
gratiam ex diaboli captiuitate.] Et portauit in hu-
meris.] quando pro nobis crucem humeris baiu-
lauit z p̄ p̄ccis nostris vulnerari z mori voluit: at-
q̄ penas oīm p̄ccōz nostrōz. i. suo corpe portauit.
Ipe dominus solus dux n̄ extitit: q̄ sol⁹ torcular

passionis calcavit: nec erat alienus quis adiuuans in redemptione humana faciēda. Et tandem dux fuit quando in celum ascenden. duxit suos ad patriam. Consequenter propheta ponit septimum beneficium scilicet in introductione in terram promissionis di. **Constituit eum super excelsum terram.** Hoc dicitur quod terra promissionis altior est alijs terris in circuitu eius existentibus. Nam Honorius dicitur quod est vertex mundi. Ferunt inquit sapientes terram esse spherice figure globoque similem vndeque conuexam: cuius umbilicus iudea esse videtur. Et sic dicitur quod constituit deus eum super populum israel super excelsum terram. **ut comederet fructus agrorum.** Ut suggereret mel de **petra.** Id est de terra petrosa: quia in terra promissionis in montibus petrosis sunt arbores in quibus mellificant apes: ut dicitur **Zyra. Oleumque de saxo durissimo.** Zyra: quod ibi etiam in locis saxosis sunt oliue: de quorum fructu fit oleum. **Uel** hoc dicitur: quia in vasis lapideis mel et oleum referuntur: sicut autem Honorius: hoc dicitur propter affluentiam omnium bonorum illi terre: quod quibus rupibus (inquit) sit aspera: ras men frumento vino et oleo abundat: et sic in his dicitur videtur esse hyperbolica locutio. **Addit idem Honorius.** ex hoc inquit datur intelligi quod sic manna habuit omnis saporis suauitatem: ita aqua de petra educta virtute diuina: nunc mellis: nunc olei: vel alterius liquoris saporem exhibuit. **Et sic mel et oleum de petra saxo dicunt filij israel sumpsisse etc.** Sequitur: **Burorum de armento et lac de ouibus cum adipe agnorum et arietum filiorum basan.** Ideo addit: quod terra **Basan** quam iudei obtinuerunt est valde pascualis: et fertilissima ad alēdos greges: et per consequens ibi maior erat talium abundantia. **Et hircos** scilicet paruulos qui vocantur **bedi** cum **medulla tritici** id est cum panibus factis de farina delicatissima tritici et cortice exteriori multum purgata. **Hec Zyra.** et subaudi scilicet ut comederet predicta populus israel et sanguinem vire biberet meracissimum id est vinum purissimum. **Hec omnia dicuntur** propter affluentiam in terra promissionis: et propter mysteria. **Mythice enim** et in figura deus et dominus **Jesus christus** constituit populum suum christianum super excelsum terram: quod in ecclesia que omni mundo excelsior est virtutibus ut ibi scilicet in ecclesia christianorum comederet fructus agrorum. id est pasceret sententias scripturarum sacrarum diuersis: sic et in agro colliguntur diuersi fructus ad comedendum. **Et** ut suggereret mel id est dulcedinem deuotionis de petra id est de vulneribus christi. **Petra enim erat christus.** **Lorincioz.** **Oleumque de saxo durissimo** id est spiritus sancti gratiam vngentem animam. de christo qui post resurrectionem de sepulcro saxeo factus est immensus passibilis et immortalis tanquam saxum durissimum quod non potest frangi. **Hoc oleum spiritus sancti** sicut ecclesia post christi resurrectionem et ascensionem. **Item** **burorum de armento** est doctrina patriarcharum et prophetarum

rum necnon apostolorum qui in grege christi erant maiores et duces. **Lac de ouibus** est doctrina de christianis doctoribus. qui sicut oues christi secuti sunt doctrinam patriarcharum et prophetarum ac apostolorum: et ea nobis exposuerunt veraciter. **Denique adipes agnorum et arietum** significat exempla sanctitatis subditorum filiorum ecclesie qui dicuntur agni. **Joan. xxj.** **Et exempla sanctitatis** prelatorum qui sicut arietes precedunt gregem commune christi **filiorum basan** quod dicitur pinguedo. significat pinguedinem charitatis que sapida facit exempla vite et doctrinae sanctorum. **Item per hircos qui ferocem habent.** significant penitentes de peccatis fecerunt. **Qui sic viuunt quasi semper peccata desecant** ut eremite: monachi et religiosi. **Item tritici medulla** significat corpus christi sub specie panis tritici contentum in eucharistia. **Sanguis vire christi sanguinem** sub specie vini pretentum et sic patet. **Hec finis Honorii.** Consequenter propheta per oppositum ostendit populum fore recessurum a dei cultura di. **Incrassatus est dilectus et recalcitrauit: incrassatus impinguitur dilatatus.** Hoc est populus israel qui a deo specialiter dilectus est. **incrassatus est.** id est repletus omnibus bonis in terra promissionis. **Et loquendo de futuro per modum preteriti** propter certitudinem prophetie subdit. **Et recalcitrauit.** id est a deo recedendo. et eius preceptis rebellando. **Incrassatus diuitijs** adquisitis. **impinguitur** delictijs. **dilatatus.** id est bonorum et generationis paginibus que sepe sunt occasio peccandi hominibus: **ideo subditur** **Dereliquit deum factorem suum.** id est conuertendo se ad idolatriam et recessit a deo salutari suo id est qui saluauit eos ex captiuitate egypti. **Pronocauerunt.** id est ad ire offensionem eum. **id est in dijs alienis.** id est in cultura idolorum **et in abominationibus suis.** id est vicijs enormibus. **Ad iracundiam.** id est ad effectum vindicte inferendum **conciuerunt.** **Ummolauerunt demonijs.** id est in idolis latentibus et non deo vero solummodo **dijs quos ignorabant** ut **Beelphegor.** **Astaroth.** **Moloch:** et militijs celi: et hmoi. **Noni recetesque** supple dijs **venerunt.** hoc est: ex eorum adinventionibus nouorum deorum cultum inter eos prigerunt vel puenerunt **quos** id est deos **non coluerunt patres eorum** sed per obuiuerunt. **Nam moyses et aaron** prohibuerunt adorare omnem celi militiam **Et omnia idola humana arte adinuēta** **Diapsalma** **Deum qui te genuit.** id est creando in anima. et vim generatiuam dando patri et matri tue ut nascaris: **Hunc tu dereliquisti et oblitus es domini creatoris tui** quod opere idolatrie ostendis quod dereliquisti deum nec vis remissionis de eo per penitentiam et veram conversionem. **Sed reuertendo ad mysterium horum dictionum.** **Notandum est** quod vicij mythice **incrassatus est dilectus.** id est populus christianus specialissime dilectus et adoptatus a deo in filios. **incrassatus** multis scripturis tam diuinis quam humanis et curiosis:

Canticum

Impinguatus temporalibus bonis: diuitibus et delictis: et dilatatus honoribus ac dignitatibus. Unde et recalcitrauit pro maiori parte rebellando contra ecclesiam christi romanam. et per heresim ac scisma dereliquit deum et christum saluatorem suum. Et percuratorum eum in dijs alienis. id est diabolicis eorum dogmatibus et in abominationibus. id est malis operibus ad fraudandiam percuratorum. Immolauerunt demonibus scilicet animas quas suis erroribus seduxerunt et etiam animas proprias: dijs quos ignorabant. scilicet antea. quia inciderunt in errores varios quos antea nesciebant et sic noui errores et secte recentes adinueniunt sunt ab eis. Quos patres eorum. hoc est: apostolici sancti non tenendum decreuerunt. et sic eis potest dici. Deum qui te genuit in baptismo hunc dereliquisti et oblitus es etc. Consequenter propheta ponit diuinum iudicium et eius punitionem contra tales d. **Audit dominus.** id est quem nil latere potest. **Et ad iracundiam concitatus est: quia puocauerunt eum filij sui et filie.** id est adoptati per gratiam. **Et ait. abscondam faciem meam ab eis.** id est subtrahendo auxilium meum ab eis. nec aspiciendo eorum afflictionem. **Et considerabo nouissima eorum.** id est inferendo eis malam mortem propter peccata eorum et gehenne penas. **Generatio enim peruersa est.** quia peruersa opera facit. **Et infideles filij.** quia in fide vera non perseverant. **Ipsi me puocauerunt in eo qui non erat deus.** hoc est: in idolo. **Et irritauerunt in vanitatibus suis.** id est in suppositionibus que vane sunt et false. quod patet de doctrina pharisaeica que precepta dei false et vane exponebat. sicut christus eis ostendit in precepto de parentum honoratione. **Matth. xv. Irritum inquit fecistis mandatum dei propter traditiones vestras etc.** Hoc modo exponit in hoc canticum glo. interli. **Id est ista. id est de vanitate suppositionum per quas etiam concitati contra christum pharisei et sacerdotes iudicauerunt christum reum esse mortis d. Nos legem habemus et secundum legem debet mori. Joan. xix. cum tamen christus innocens erat nec contra legem dei unquam offenderat etc. Unde subditur eorum pena. **Et ego puocabo eos in eo qui non est populus et in gente stulta irritabo illos.** **Prouocabo supponendo ad dominandum eis vilem gentem paganam que non reputatur populus dei. Et in gente stulta.** id est in his qui idola surda et muta colunt. irritabo eos. ut patet de chaldeis et de alijs gentibus paganis in quibus per romanos dispersi sunt iudei toto orbe. **Nam status hominum diernus iudeorum negantium christum est maxime seruilibus qui antea fuerat maxime liber cum soli deo seruiebant. Et ipse gentes pagane. ut thurci et sarraceni sub quorum dominio multi iudei habitant quotidie affligunt iudeos et maxime irritant etc. Item glosa super hoc dicto loquitur sic. Sicut irritauerunt me: multitudinem falsorum deorum colendo et me reprobando. Sic irritabo eos: multitudinem gentium assumendo scilicet ad fidem christi****

isti: et illos. scilicet iudeos reprobando etc. **Multum quippe commoti sunt iudei quod gentes multe ad christum conuerse sunt: et ipsi per orbem dispersi opprimunt etc. Tandem comminat eis pena supplicij infernalis di. Ignis succensus est in furore meo.** id est pena preparata eis in vindicta ire mee in precepto incipit. **Nomine enim ignis in scriptura intelligitur omnis pena: et sic significat omnem afflictionem iudeorum: que quidem hic incepit. Et ardebit usque ad inferni nouissima.** id est durabit eorum pena usque per mortem descendant ad infernalium supplicia. **Item potest etiam hoc intelligi de igne comburentem mundum qui percedet iudicium et comitabitur ac postea cum reprobis in infernum descendet eternaliter puniens eos simul cum igne infernali: ut patet per doctores super quarto sententiarum communis. De quo igne subdit. Deuorabitque terra cum germine suo: et montium fundamenta comburet.** **Hec quippe faciet ignis ipse conflagrationis. Vel hoc dicitur: quia deuorabit terram: id est terrenos homines reprobos. si omnes cruciando cum germine suo id est cum operibus suis. et montium fundamenta id est superborum cogitationes vel potentium confidentiam destruet et cruciabit.** **Congregabo super eos mala.** scilicet tam presentia quam futura supplicia multiplicando. **Et sagittas meas.** id est penas subito immittendas ad modum sagittarum subito vulnerantium. **Conplebo in eis.** plene et perfecte exercebo in eis. **Nam in inferno omnis pena aderit: et perfecte secundum quantitatem delictorum unumquemque cruciabit: nec vlla pena deerit etc. iuxta illud Job. xx. Arrasbitur et estuabit et omnis dolor irruet super eum: deuorabit eum ignis etc. Consumentur fame.** **Sicut contigit in obsidione samarie et hierosolymorum tam tempore captiuitatis babilonice quam tempore captiuitatis romane. Et deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terram atque serpentium.** Quos enim famas et gladius occiderunt: horum cadauera aues et bestie per agros trahentes ac serpentes et reptilia comederunt. **Per hec etiam significatur quod in inferno peccatores consumentur fame: id est destituentur viribus omnibus propter acerbitate fame et sitis: iuxta illud Job. xvij. Attenuetur fame robur eius et inedia insuadat costas eius. Et Luce. xvj. de diuite guttam aque petente. Item in inferno deuorabunt peccatores morsu amarissimo. id est pena crudelissima. **Aues id est maligni spiritus. et dentes bestiarum id est seuericia demonum: qui cum furore trahent eos in infernum: atque dentes serpentium id est vermium infernalium qui sunt vermes conscientiarum. Esa. vi. Vermis eorum non morietur. Foris vastabit eos gladius et interius pauor.** **Id est factum est tempore captiuitatis babilonice et romane****

quoniam foris vastati sunt gladio hostium et intus. Et est in civitatibus pauore propter inminens periculum. Et quod ad etatem omnem ac sexum / ideo subditur / **Iuuenem simul ac virginem lactentem cum hoie sene.** In pios quippe cuiuscumque etatis quod potest malum agere: et cuiuscumque sexus: in inferno foris inficitur gladius: quod post resurrectionem punientur etiam in corpore exteriori: et interiori: et intus. id est in anima pauore dei et diuersarum penarum ac male conscientie / vel pauore demonum et horrore. **Job. xxi.** **Uadent et venient super eum horribiles et terribiles.** **Et dixit / id est alios feci dicere.** Et loqui turpiter in persona dei / **ubi sunt / scilicet impij / ubi dei qui olim in potentia et diuitiis ac in malicia gloria habentur.** **Extirpantur sunt et ad inferos descendunt: et alij in locum eorum surrexerunt.** **Uel alij.** **Et dixit / i. propositus.** **Ubi sunt / i. ut totaliter deleantur de terra et nullibi ex eis esset quis in mundo.** **Ira quod cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.** **Et quare hoc distulerit facere / subditur causa dei.** **Sed propter iram inimicorum distuli ne forte superbiuntur hostes eorum / scilicet imputando scelerum suorum factum diuine vindicte.** **Et dicerent: manus nostra excelsa.** **i. magis potentia nostra / et non dominus fecit hec omnia.** **q. d.** **Idcirco sustinui mala eorum opera: et non totaliter perdidit eos de terra / sed distuli: ut in fine mundi scilicet in iudicio perdam eos sicuti propositus: quoniam inimici mei et hostes eorum non habent occasionem blasphemandi nomen meum scilicet dicentes. quod non ego / sed ipsi perdidit eos: et mea voluntate.** **Sed quomodo loquitur scriptura de deo quasi mutauerit sententiam quam dixit vel propositus: Rursum enim 27. notandum quod loquitur scriptura de deo ad modum hominis quod aliquid proponit statim faceret postea mutat: cum talis mutatio non sit in deo / sed solummodo est in effectu suo: et sic est figura antropopatheos. Et bis etiam mystice accipitur secundum Hieronimum. quod deus iniquos homines propter malitiam eorum sepe deleat totaliter de sub celo: et cessare faceret memoriam eorum ex hominibus bonis et sanctis / ac statim eos damnaret: sicut peruidit eos damnatione dignos in futuro iudicio: sed non differt ne vicem gloriarentur maligni spiritus in perditione nostra cum statim tales damnarentur: et sic demones iactantur victoriam super homines ex se habere vel percipisse ex se terris umbram super tales etc. Et aliam etiam causam dilationis subdit: quare vicem distulerit totaliter statim perdere. scilicet ut haberent tempus penitentium cum deo: **Gens absque consilio est / et sine prudentia.** **Et est gens iudeorum / sic et omnium peccatorum ac infidelium / absque consilio / scilicet salutis est in eo quod non vult cauere malum / nec penitere de malo commisso / et ideo sine prudentia: quod non eligit bonum ut per fidem et penitentiam perueniret ad vitam eternam / utinam saperent et intelligerent ac nouissima prouiderent.** **utinam saperent preterita dei beneficia et intelligerent presentia ac nouissima prouiderent. i. futura.** **Uel aliter: utinam saperent bona eterna et celestia que amittuntur per peccatum. Et intelligerent quia et quanta mala incurrunt. Et nouissima. id est morte et iudicium dei ac penas inferni prouiderent ut euaderent damnationem per veram penitentiam / sed de vera christi etc. Et per exemplum manu ductiuo subdit:****

Quomodo persequebatur vnus / scilicet aduersarios vel gentes / mille / de iudeis / et duo fugaret decem milia. **i. duo de aduersariis fugarent multos de iudeis. sic prouidit tempus iudicium: et precipue tempus captiuitatis babilonice. Et maxime tempus Tiri et Vespasiani. q. d.** **Considerare deberent iudei. unde est hoc quod cum ipsi multos reges et gentes perstrauerint antea. Et vnus de iis. scilicet Sanson in mandibula asini stravit mille hominum aduersarios. et duo ex ipsis vt ionathas filius saul et armiger eius in fuga couerterunt xx. milia: cum tam magna antea fecerint. non quidem propterea scilicet sed diuina. iam modo est e contrario. quod vnus aduersarioz persequitur mille de iudeis: et duo fugant decem milia iudeorum. Unde accidit hoc: Et rident di. **Nonne ideo: quod deus suus vendidit eos et dominus conclusit illos.** **q. d.** **Deberent manifeste cognoscere quod hoc non est ex aduersarioz scelerum sed ex vindicta diuine iusticie propter peccata eorum. Quia cum peccauerunt contra deum maxime in occasione innocentis christi et discipulorum eius persecutione: ideo deus suus vendidit eos. i. iudeos gentibus. que si deum hoc est: christi ipsi venderunt et emerunt. xxx. argenteis. Et ideo dominus conclusit eos totaliter in manus hostium. scilicet Romanorum quod eos ceperunt et occiderunt ac pro orbem vendentes disperserunt. Sed quod aliquis possit querere. Quare deus ira punit peccata populi israel: cum diu aliarum gentium non punit ant peccata suorum cultorum. Ideo ad hoc rident di. **Non enim est deus noster vt dii eorum.** **q. d.** **deus noster est deus verus et potens et volens exercere iusticiam suam puniendo peccata hominum: illi autem non faciunt quod sunt dii falsi vani et impotentes. Et quod deus executionem sue iusticie facit sepe per malos homines sicut et per demones: Ideo subditur / **et inimici nostri sunt iudices.** **Quia deus zelo sue vindicte supponit iudeos vt iudicarentur secundum voluntatem inimicorum iudicantium illos vel ad mortem vel exilium aut aliam penam. Et primo supponit chaldeis tempore Nabuchodonosor: postea romanis tempore Tiri et Vespasiani. qui iudicabant eos pro voluntate etc. Quibus autem vindicte subditur causa. scilicet iudeorum culpa: cum dicitur. **De vinea sodomorum vinea eorum et de suburbanis gomorum.** **In quo ostendit grauitatem peccati iudeorum in hoc quod sodomis comparantur et gomoreis. Vnde iusto dei iudicio sicut illi male perierunt sic et isti. Quia eorum vna fellis et botrus amarissimus. Fel draconum vinum eorum: et venenum aspidum insanabile.** **Hic nota quod peccatum primum eorum habet et est in corde per consensum. Et hoc notatur hic per vineam ex qua oritur vinum. Et quod ad hoc iudei comparantur Sodomis. quia sicut illi sic et isti toto affectu studiose peccauerunt et consenserunt offendere deum. precipue in occasione innocentis christi / et persecutione discipulorum eius. Secundo peccatum est in opere exteriori per actum. Et quo ad hoc subditur de eis. Quia eorum vna fellis et botrus amarissimus. quia sicut ex vinea producur vna et botrus / sic ex consensu**********

Canticum

pecti in corde pcedit actus vel opus pecti. Et qz iud
deoz cor z sensus erat, in amaritudine peccandi
ztra chm: id z vna eoz. i. opus occisiōis fuit vna
amarissima q̄ dicit vna fell. qz chzo crucifixo acrum
felle mixtu in potū porreperūt. z boerū amarissime
malicie z eū ptulerūt. Tertio pectm agguat i alioz
mltoz ad pperādū inductione. z q̄ ad b̄ cōpat vno
q̄d fit ex vna. sic altoz pectm p inductionē fit ex ma
lo exēploz doctrina vl psuasiōe pctoris hoīs. Et sic
vinū p̄la mēbra penetrat. sic vni⁹ pctoris pectm per
inductionē vel doctrinā pestiferā multos corrupit
penetrādo in sensu. Hoc mō fuit pectm sacerdotū
z phariseoz q̄ sua venenata doctrina corā plebē iu
deoz induxerūt in odiū chm z psecutionē fidei ei⁹.
Prop̄ q̄d cōpat pectm eoz vno felle draconū z ve
neno aspidū mixto cū dicit. Fel draconū vinū eoz et
venenū aspidū insanabile. qz sic fel draconū corpa
iterficie sic z malicia et doctrina venenosa iudeoz
interimit anias. Et sic venenū aspidū sumptū insa
nabilr occidit. Nā dicit fm Honor. qz mortuus aspi
dis sanari nō possit. sic ifidelitas iudeoz z pueri
tas dogmatē neq̄ scriptur. curari. Itē fm alios p b̄
vinū designat pena infernal iudeoz z oim maloz.
qz in inferno patiet in oibz sensibz mēbris post iudi
ciū z in aīa amaritudies cruciatuū. tāqz siq̄s bibe
ret amarissimū fel draconū z venenū aspidū ifana
bile qz eterna morte tenebūt. his q̄pe amaritudi
nibus cōpanē sed improporcionabilr excedūt ama
ritudies infernales oēs istas mūdi amaritudines.
Prop̄ea sequit. **Hōne hec p̄dita sūt apud
me.** s̄ est. refuata sunt hec p̄cta apud me puniēdo
suo tpe. q. d. Licet distulerim punire ad tps tñ fir
miter ea retinui ad puniēdū tpe suo z signata
sunt in thesaur̄ meis. i. in occultis iudicijs
meis tanqz in registro signata (dine noticie) vicz. vt
in die iudicij reddaz vnicuiqz amarissimas penas
fm opa sua. Nā **Qua est vltio** eo qz iudex sus
oim z retribuat eis in tpe. i. vindicte q̄ meru
erūt vt labat pes eoz. i. in p̄ditionē eternaz.
Iuxta est dies p̄ditōis i. dies iudicij p̄pe est i
q̄ p̄dit oēs reprobi z adesse festinat tpa. i. re
tributionū. Nā q̄uis mltro tpe videat iudiciū dis
ferri. s. vsqz ad finē mūdi: Tñ q̄ ad p̄siderationem
vite hūane q̄ in vnoqz hoīm modicū durat. z q̄ ad
cōpationē future eternitatē modicū reputat et p̄pe
adesse. qz finiri ad infinitū nulla est p̄portio. viij.
p̄bycoz. **Qz p̄tūc Iudicabit dñs pplm suū**
i. electos suos discernēdo z sepando ab ip̄is sicut
agnos ab hedīs z in fuis suis miserebit. Alia
lra habet p̄solabit. z in idē redit qz sensus est qz mi
sericordiā z cōsolationē exhibebit fuis suis intro
ducēdo eos in corpe z aīa ad gaudiū celeste. **U
debit** i. s. deus qz infirmata sit man⁹ s̄ est:
videre faciet manifeste qz infirmata sit manus scz
iudeoz. hoc est: opa manū ei⁹ fuerūt infirmata p
pectm eoz q̄d cōmiserūt z chm clausi qz defe
cerūt. hoc est: in ciuitatibz iclusi defecerūt. pp̄is

viribz: z sic capti sunt p̄ b̄ pectm. Residuiqz cō
sumpti sunt. scz gladio p̄p̄ mortē chm. Et dicit
cēt. Subaudi iusti z fideles redarguēdo eos d̄ ido
latria z offensionē dei. **Vbi sunt dñi eoz in q̄b
habebāt fiduciā. De qz victimis come
debant adipēs z bibebāt vinū libaminū.**
hic em̄ erat mod⁹ in sacrificijs idolatrantū qz ad
pes a sacerdotibz comedebant z vna libaminū bi
bebant q̄d p̄hibiti erant in sacrificijs dñi: vt h̄t **Le
ui.** in plibz locs. **Surgāt z opitulent vobis**
i. adiuent vobis z in nēitate vos pregant. qz
di. Non p̄nt: vt manifeste videret. **Nec q̄ppe est in
sultatio iustoz z p̄phaz scroz loquētū ad dānatū**
pplm iudeoz fm sensum **Lyre:** z fm **Honor.** hec ē
etiā insultatio demonū talia dicentiū ad turbā p̄
ditoz vicz iudeoz in die iudicij ad augmentū pe
ne eozundē iudeoz. Nam **Sap. v.** scribit: qz tunc
stabūt iusti in magna p̄stātia aduersus eos qui se
angustiauerunt zc. z p̄ oīs exprobrabūt oibz mal
z iudeis. Tunc etiā vt dicit **Aug.** demōes exprobra
bunt z reprobos zc. **Videte qz ego sim sol⁹
z nō sital⁹ de⁹ p̄ter me** qz tunc vicz in iudi
cio manifeste videbit qz chm dñs fuerit ver⁹ deus
zc. **Ego occidā** scz malos oēs efna morte: et
etiā corpalr in fine mundi añ iudiciū oēs hoīs
z ego viuere faciā. scz resuscitādo oēs d̄ mor
te. q. d. **Ego dñs viuoz z mortuoz** vel viuere faciā
bonos z fideles meos vita efna in celo p̄cutiā.
scz vos q̄ me ad irā puocast. z ego sanabo scz
penitentes q̄ cōuersi fuerunt ad me. z nō ē q̄ de
manu mea possit eruere. qz nlls p̄t mihi resi
stere. **Leuabo ad celū manū meā** mod⁹ est
iurādi ad maiorē affirmationē vitarē de iudicio fa
ciendo: de q̄ sequit. z dicam: **vinū ego in eter
nū** i. sic b̄ vez est qz ego viuō in efna: ita z istud.
erit in vitate q̄d sequit: **Si acuro vt fulgur
gladiū meū** Si accipit p̄ qz: p̄ gladiū aut fca
fina iudicis q̄ interficient morte efna oēs impj q̄
dicer: **Discedite a me maledicti in ignē efna.** **Uñd
Apo. j.** **Gladius** ex vtraqz pre acurus de ore eius
eribat. i. snia q̄ diuidēt iusti ab imp̄is morte tra
dendis. **Iste gladius vt fulgur acuet:** qz repente i
splendore maiestatis p̄feret z eo impj vt fulgure p̄
curient repente. z arripuerit iudiciū man⁹
mea. i. cepit iudiciū facere man⁹ mea. s̄ est p̄as
mea vel opis mei. **Tūc Reddam vltionem
hostibz meis** id ē omnibz paganis p̄sequenti
meam fidez z mea mēbra. s̄ est iustos z his qui
oderunt me. id ē oibz iudeis z mal⁹ hoibz ac he
reticis. **retribuam** scz penā p̄ dignā. **Inebria
bo sagittas meas** i. penas in vindictam eozū
repēte imissas tanqz sagittas inebriabo. hoc ē q̄b
undantissime implebo. **fangine** id ē occisione
mortis eterne animaz: insup. z **gladius me⁹**
id est snia mei iudicij. **deuorabit carnes** qz nō
solum in anima cruciabunt sed simul etiā in cor
pore quo resurgent. **Uñd aut fiat talis inebriatio**

subdit. **De cruce occisorū** id est de pditione damnatorū eterna morte / **z de captiuitate nudati inimicorū capitis** / **z** haec videtur transuersata / **z** debet contrariū sic: **De captiuitate nudati capitis inimicorū**. **Modus** em̄ erat antiquitus q̄ captiui ducebant nudati capite ad maiorem iporū confusionem / **z** victorie declarationem / cum vendebant / **z** tondabant / q̄d est sub corona vendere: vt dicit **Honorius**. **Et** p̄ hoc designat q̄ illi q̄ captiui in iudicio tradent̄ diabolo / erunt nudati: qz omnis eorū culpa / **z** malicia denudabit̄ ad confusionem iporū. **Erunt** etiam capite tonsi / quasi sub corona venditi: qz sub p̄tate iusticie regie ipsius christi p̄petue captiuitati diabolice venditi / a qua nunq̄ liberabunt̄ in p̄petuum. **Erunt** deniqz / **z** nudati capitis inimicorū. **Nam** caput inimicorū diabolus est: / **z** post eum antichristus p̄nceps oīm inimicorū christi: quoz. **s.** diaboliz antichristi omnes fallacie et omnes artes deceptionis nudabunt̄. **i.** manifestabunt̄. **Consequens** ponit̄ gnālis exhortatio / q̄ ē finalis conclusio totius huius cantici: qz post cetera tem̄ poplī iudeorū secuta est introductio gentiū fidelium / **z** p̄ q̄d dicit̄: **Laudate gentes populum eius** / scz de iudea factum christianū pplm̄. **Uñ** alia translatio iux̄ hebraicam s̄tatem habet sic: **Letamini gentes cum plebe eius**. **z** hoc mō allegat̄ hanc sc̄pturam **Ap̄ls Ro. xv.** / **z** est sensus. **O vos gentes letamini** / vt exultate cum plebe eius. **i.** cū plebe iudeorū ad christum conuersa / cum q̄ est assumpti in pplm̄ dei. **Doc** etiam d̄ in fine huius cantici ad designandum q̄ in nouissimo tpe iudea conuertet̄ ad christum / **z** cū iudaeo populo toto tūc gentes laudabunt̄ deum et collerabunt̄ / **z** san / guinem seruoꝝ suoꝝ vlciscetur / hoc est e / fusionem sanguinis martyꝝ / **z** fidelium quem fecerunt infideles vindicabit̄ in iudicio. **Uñ** sequit̄: **Quo vindictam retribuet in hostes eorū** / **i.** in p̄secutores christianorū / **z** **pius erit terre poplī sui** / id ē ecclie sanctorū / **z** introducendo ad patriam. vt p̄t̄ in glo. **Amen.**

Benedicite oīa ope
ra dñi dño. **Doc** canticum intitulat̄ sic: **Hymnus trium puerorū** / **z** est canticum laudis / **z** benedictionis dei ab omni creatura. **P̄** quo nota h̄istoriam q̄ rex **Nabuchodonosor** q̄ regnauit in **Babylone**. / **z** fm̄ **Honorium**: ipse fuit q̄ **hierusalem** destruxit: / **z** templū **Salomonis** euerit̄ intus / **z** exterius deauratum / **z** aurumqz asportauit. **De** quo auro in **Babylone** crepit̄ statuam auream altitudine sexaginta cubitorum: / **z** latitudine sex cubitorum / **z** iussit̄ oēm pplm̄ adorare eam. vt scribit̄ **Danielis. iij.** **Et** fm̄ **Lyram** p̄ sup̄biam eleuatus voluit̄ sibi vsurpare honorem diuinum: / **z** d̄o fecit̄ statuam hanc in qua adoraretur. **Fuerunt** aut̄ in captiuitate **Babylonica** adducti inter

alios filios israel. **Ananias** / **z** **Azarias** / **z** **Misael** / qui cum hanc statuam adorare nollēt: iussit̄ rex illos mitti in fornacem ignis ardentis. **Angelus** aut̄ dñi descendēs in fornacem excussit̄ flammā ignis de fornace: / **z** incendit̄ chaldeos q̄ eam incendebāt. **Tres** autem pueri vinculis i fornace soluti / **z** vna cū eis angelus domini cecinerunt hunc hymnum. **Qui** in hebreā lingua heroico metro currit: vt p̄ te qui heroica gesta que sunt d̄ magnis viris / **z** heroicis dactylico metro describit̄ / **z** hoc est heroici carmen fm̄ **Latholicon**. **Mystice** **Nabuchodonosor** rex figurauit antichristum qui hierusalem id est eccliam christi / **z** templum. id est cultū diuinum subuertet / **z** imaginē suam eriget: quia se p̄ totum mundum adorare vt deus iubebit̄. **Fornax** accensa figurat̄ tormenta que inferet̄ eis qui ipm̄ non adorabunt: tres pueri figurant̄ fideles in fide trinitatis perseuerantes: quos ip̄e faciet̄ in fornacem ardentem mitti. id est cruciatibus varijs dari. **Sz** angelus domini eos saluabit̄ qm̄ **Michael** archangelus antichristum interficiet̄. **Post** cuius mortem omnes fideles deum benedicent / **z** omnes creaturam ad laudandum / **z** benedicendum deum inuocant. **Intētio** ergo huius cantici est deum benedicere pro liberatione / **z** saluatione hominum q̄ in fide dei dilectione perseuerantes nullo mō assentire volunt̄ in offensam maiestatis diuine: qz tales semp̄ a deo liberant̄ / **z** saluant̄.

Sed anteq̄ descēdamus ad expositionem huius cantici inquirenda sunt aliqua vtilia ad id pertinentia. **Primo** queritur: **Utrum** deus piissimus suos fideles in charitate perseuerantes qui scz in persecutionibus nolūt assentire in offensam dei / **z** semper saluet̄: **Nam** videtur q̄ sic: per illud **ps̄. Multe tribulationes iustorum** / **z** de his omnibus liberauit̄ eos dominus. **Dominus** custodit̄ omnia ossa eorum vnum ex his non conteretur. **Et** hoc patet in istis tribus pueris. **Sed** in contrarium de multis martyribus / **z** fidelibus quos tyranni fm̄ potestatem suam libere afflixerunt / **z** occiderunt. **Ad** questionem ergo respōdetur fm̄ **Lyram** in expositione morali super hoc cantico: q̄ deus dupl̄ saluat̄ suos fideles: videlz **Aut** per diuinam potentiam eos mirabiliter a mortis periculo liberando: sicut fuit in proposito de istis tribus pueris liberatis. **Aut** p̄ dei misericordiā ip̄is fidelibus suis in tormentis constantiam tribuendo. **Et** ista liberatio melior est q̄ prima: sicut dicit̄ **Augustinus** in sermone de sanctis **Machabeis** sic: **Multo** melius liberati sunt ab illis tribus viris contra quos homo seuebat / **z** flāma parcebat. **Nā** illi ab vna tentatione liberati sunt iterum cū diabolo certaturi. **Isti** sunt ab omni tentatione simpliciter liberati. **Illos** deus visibiliter liberat: istos autem inuisibiliter coronat. **Hec** **Augustinus**. **Et** sic patet q̄ deus fideles suos perseuerantes in p̄

Canticum

secutionibus semper liberat saltem in modo secundo qui est melior modo liberationis: et de hoc modo liberationis intelligenda est autoritas psalmiste in argumento inducta. **Quis autem deus liberat et saluat suos etiam in primo modo: ut patet inpositorum multis alijs etiam martyribus sic claret ex legenda.** **Secundo queritur: Cur hoc canticum ecclesiam per die dominica cantandum deputavit?** Respondet secundum Honorium: quia illa die scilicet dominica omnes creature ceperunt creati in principio creationis mundi: que die dominica inchoata est: ideo illo die canitur canticum istud: in quo canticum omnes creature celestes et terrestres ad benedicendum deum introducuntur. **Sed de angelis et etiam de sanctis canitur ideo: quia omnis spiritus dei et cum hoc omnes filij hominum: omnes etiam spiritus anime iustorum ac sancti humiles corde ad benedicendum deum introducunt in hoc canticum: quia omnibus illis convenit per honorem cantari.** **Tertio queritur: Quare gloria patri in fine huius cantici non additur sic consuevit fieri in alijs canticis et psalmis?** Respondetur secundum Honorium: quia tempore antichristi nullus vel valde pauci (qui per nullo computant) audebunt palam confiteri sanctam trinitatem: quod scilicet tempore antichristi per hoc canticum figuratum est in nabuchodonosor et trium puerorum liberatione: sic factum est. **Item quia loco gloria patri ecclesia addidit cantandum: Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu: quod pari modo est ad laudem et confessionem trinitatis.** **Letera hanc querenda patebunt in processu expositionis.** **Uox itaque est spiritus sancti inuitantis omnem creaturam ad deum benedicendum primo in generali dicit: Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula.** **Considerandum quod scriptura in hoc canticum bis dicitur: Benedicite/Laudate et Superexaltate: quia deus benedictus et benedicti debet ab omnibus creaturis ratione sue bonitatis: ex qua creauit omnia ut essent et participarent suam bonitatem secundum diuersos gradus bonitatis: alij plus alij minus. Et proprie benedicere dicitur quasi bonum dicere. hoc est de bonitate vel beneficij eius laudare et sic dicit: Benedicite omnia opera domini domino. scilicet laudando eum de sua immensa bonitate: ex qua contulit vobis beneficia creationis. Item dicit etiam deus laudabilis et debet ab omnibus creaturis laudari non solum voce: sed et opere: ratione videlicet infinite magnitudinis sue virtutis et perfectio: quia ut dicit philosophus libro primo Rhetorice. Laus est sermo elucidans magnitudinem virtutis. Et quia per diuine virtutis magnitudinem omnis creatura gubernatur et conseruatur in esse ac perducitur ad attingendum suum finem: ut exempli gratia. Mundus factus est ad hunc finem ut fiat homini. Homo vero ut fiat deo: per dicit Augustinus in libro sententiarum. Et hoc perficitur in effectu per auxilium virtutis diuine: Ideo in omnibus et ab omnibus creaturis debet deo laudari. Propterea dicitur **Laudate. Denique deus est superexaltandus in eternum****

ratione incomprehensibilis excellentie: quia excedit omnem quod de ipso dicimus aut cogitare possumus et ratione incomprehensibilis gratie quam impertit per alijs creaturis singulari rationali creature. scilicet angelice et humane superexaltando ad eternam beatitudinem. **Idem debet superexaltari: in super omnia exaltatus predicari in secula: et propterea subdit: Et superexaltate eum in secula. in eternum quod perfectissime implebitur in celo.** **Sed queri potest: Quomodo creatura habeat deum benedicere cum videtur apostolus in Hebr. viij. ca. Quod minus est a meliore benedicatur: quia cum deus sit incomprehensibilis melior omni creatura: quod potius omnis creatura benedicti habet a deo et non e conuerso. Rursum secundum Ieremiam quod benedictio est duplex. Una est consecrationis et collationis gratie vel beneficij aut doni. Et tali benedictione minus a meliore benedicitur. Et hoc modo creature benedicti habent a deo et non e conuerso. Alia est benedictio laudis seu confessionis diuine bonitatis virtutis ac benedictio gratiarum actionis. Et hoc modo maius a minore: et creator deus a creatura benedicitur. Hoc itaque modo nos christiani benedicimus christum laudando et gratias agendo de suis beneficijs quibus ex bonitate sua creauit et elegit nos ac vocauit ad salutem. **Item laudamus eum proprie de sua prete et virtute quod vicit diabolum et redemit nos: quia secundum Iacobum super psalmum xxxiij. Laus dicitur a lauro quod victores solebat coronari in laudis signum: et sic laudamus christum cum gratias agimus per victoria: quod vicit diabolum in cruce et nos redemit suo sanguine: ac dedit gratiam et virtutem quod vincere possumus et nos diabolum tentantem. Item superexaltamus christum cum gratias agimus de glorificatione quam nobis repromisit: et sanctis patribus in resurrectione suam ascensione prestitit: tanquam aperuit: et dicitur animabus sanctis in celum euolantibus prestat etc. His modis nos implemus hoc ad quod hortamur in predictis verbis benedicite omnia opera domini domino laudate etc. **Et ad scriptura in speali inuitat ad benedicendum deum modo predicto creaturas. Et primo angelos tanquam deo propinquiores dicit: Benedicite angeli domini domino.** Et addit angeli (inquit) domini ad excludendum angelos diaboli: de quibus **Matth. xxv. Ite maledicti in ignem. qui parati sunt diabolo et angelis eius.** **Ipsi enim angeli mali nolunt deum benedicere de suis beneficijs etc.** **Secundo scriptura inuitat creaturas celestes corporales dicit: Benedicite celi domino.** **Et celi sunt siderum cum septem spheris planetarum. Benedicite aque omnes que super celos sunt domino.** hoc est celum crystallinum secundum Ieremiam. **Illud enim celum dicitur aqueum propter quandam similitudinem: quia conuenit cum aqua in diaphaneitate.** **Benedicite omnes virtutes domini domino.** **Virtutes hanc intelligunt secundum Ieremiam ipsi angeli in quantum mouent orbem celestes: quia ex motu celi quotidiano eos cognoscimus: et in tali motione ministrant nobis secundum voluntatem dei.** **Benedicite sol et luna domino: benedicite stelle celi domino.** **Considerandum est in omnibus his******

q̄ inanimata z rōne carentia. pprie non bñdicūt de
um nec laudant: sed p̄ q̄ndam similitudinē dicunt
bñdicere deum z laudare. s̄ in q̄tum pficiūt ea ad
q̄ ordinata sunt a deo. Et etiam in q̄tum ex talium
p̄sideratione creature rōnales: puta angeli vel ho
mines assurgunt ad bñdicendum z laudandū de
um: z sic accipienda sunt talia scripta tam in predi
ctis corpibz celestibz q̄s in alijs inanimat̄ z irrōna
bilibz infra dicendis zc. Consequēt̄ tercio sc̄ptu
ra inuitat elementa z ad ea p̄inentia di. **Bñdi
cite imber z ros domino: bñdicite omnis
spūs dei dño.** s̄m Zyrā. Per sp̄m h̄ intelligi
tur ventus qui flatu suo spirat: z d̄ spūs dei: quia
a deo creatus z imissus ē zc. **Bñdicite ignis
z estus dño: benedicite frigus z estas do
mino.** **Benedicite rozes z pruina domi
no: benedicite gelu z frigus domino.** S̄
diceret: cum paulo antea dixerit: **Bñdicite frigus
z estas domino: quare h̄ itez̄ repetit̄ de frigore d̄.**
bñdicite gelu et frigus dño. **Uideť em̄ q̄ estz nu
gatio.** Rñdet̄ q̄ non est nugatio: qz idem sub di
uersis significacionibz̄ repetit̄. Nam frigus aliqñ
accipit̄ p̄ alteratione temporis ex motu solis i ob
liquo circulo. s̄ p̄ hyeme: z sic accipit̄ cum d̄: **Bñ
dicite frigus (id est hyems) z estas domino.** Aliqñ
aut̄ accipit̄ p̄ impressiōe q̄ fit ex tali alteratione: vt
in hyeme fit gelu: glacies z frige factio cor: poz̄: z
sic accipit̄ cū d̄: **bñdicite gelu z frigus vt incendit̄
Zyra.** Nam sic estas in hoc cantico ponit̄ p̄ tempo
re estuali. Et estus pro passione caloris. Tra z fr
igus in poz̄i d̄su accipit̄ p̄ tempore hyemali z in po
steriori d̄su pro frigoris passione vel impressiōe.
Sequit̄ ergo: **Benedicite glacies z niues
domino: benedicite noctes z dies domio.**
**Benedicite lux z tenebre domino: benedi
cite fulguraz nubes domino.** **Benedicat
terra dominū: laudet z superexaltet euz
in secula.** Et parz̄ sententia ex pdictis. **Bene
dicite montes z colles domino: benedici
te vn̄uersa germinantia in terra domio.**
**Benedicite fontes domino: bñdicite ma
ria z flumina domino.** Hec omnia parent.
**Benedicite cete z omnia que mouent̄ in
aquis domino.** Hic cete sp̄ealr̄ exp̄munt̄ inter
p̄sces: qz sunt p̄sces maximi z multū mirabiles i
ter creaturas dei. Hec Zyra. **benedicite oēs
volucres celi domio.** **Benedicite omes
bestie z pecora domino.** Bestie dicunt̄ quasi
vastie q̄tum ad animalia siluestri z feralia: z pec
ora q̄tum ad animalia domestica. Consequēt̄ i
hoc cantico p̄cipue Quarto inducit ad benedice
ndum deum filios hominū. vñ d̄c̄ subdeñ. **ben
dicite filij hominū domino.** Hoc est omes
homines generalr̄ bñdicite domino. Consequēt̄
inuitat̄ ppl̄m̄ israel sp̄ealr̄ di. **Benedicat̄ isrl̄
dominū: laudet z superexaltet eum in se
cula.** Nam ille ppl̄s sp̄eali cultu dicebat̄ peculia

ris deo: ideo specialr̄ inf̄ filios hominū inuitat̄ ad
bñdicendum deum. Israel aut̄ interpretat̄ vir vi
dens deum. Et ideo per ipsum figurat̄ ppl̄us chri
stianus qui per fidem veram videt̄ deum: z est spe
cialis ppl̄s dei. Tandē adhuc specialius in
uitat̄ sacerdotes di. **Benedicite sacerdotes
domini domino.** Et hoc ideo: quia sacerdotes
debet̄ pollere speciali sanctitate in populo. Pre
terea inuitat̄ ministros sacerdotibus adiūctos vt
sunt clerici: z in minoribz̄ ordinibz̄ cōstituti: cum d̄r̄
[benedicite serui domini domino.] Conseq̄
uēter inuitat̄ omnes fideles di. **Benedicite
spūs z anime iustorum domino.** Sed quia
laus non est accepta deo in ore peccatoris. Jura
illud Eccl̄. xv. Non est speciosa laus in ore pecca
toris. Sed vt deo placeat̄ debet̄ fieri in sanctitate.
id est mūdicia vite/ vel in penitentie vere humilica
te: Ideo subdit̄ [benedicite sancti.] id est mun
di ab omni inquinamento peccati. **Et humiles
corde domino.** id est ex vero corde penitentes.
Ultimo ipsi tres pueri inuitant̄ semetip̄os di.
**Benedicite anania/azaria/misael domi
nū: laudate z superexaltate eum in
secula.** Hoc ideo: qz isti tres pueri habebant spe
cialē rationē benedicēdiz̄ laudandū deum eo
q̄ miraculose eos saluauit̄ in medio fornacis ardē
tis zc. Jtem p̄ finali conclusiōe ecclesia sancta ad
didit̄ generalem exhortationē ad benedicēdū
deum in confessione sancte trinitat̄ vt insinuet̄ q̄
laus deo non est accepta nec homini salutaris nisi
si in fide vera z confessione sancte trinitat̄: iō d̄c̄
**Benedicamus patrem z filium cum san
cto spū.** hoc est bñdicamus deum nos omnes fi
deles confitendo deum patrem z filium dei ch̄m̄
iesum cum sancto spū. p̄cedente ab vtroq̄: [laude
mus] corde ore z ope [z superexaltemus]. i.
sup̄ omnia exaltatum p̄dicemus [eum in secula.]
sup̄le dicendo in eius laudem hoc quod sequitur
Benedictus es domine. s̄z rōne tue immer
se bōnitatis [in firmamento celi.] id est in fir
missimo celo p̄petue habitans. Nam s̄m Zyram
accipit̄ h̄ firmamentū p̄ celo empyreo vbi est loc⁹
gl̄ie dei z sanctorū p̄petua mansiō [z laudabil̄]
s̄z rōne maiestatis z st̄utis [z gl̄iosus] ratione
gl̄ie interminabilis [z superexaltatus in seculis].
i. i. in eternū rōne excellētie sup̄ omnia: vt. s̄c̄
expositum: Amen.

Finunt Can
tica veteris le
gis.